[156] Parlasi di Roccacontrada, che sorge appunto fra i due Fiumi Miso, e Fiumesino, ed il Mare.

[157] Si lodano le ottime conce, che ivi fiorivano ai tempi del Poeta.

[158] Per esprimere l' ottima qualità dei pomi del territorio di Corinaldo li paragona poeticamente a quelli tre d' oro, che Ippomene ebbe in dono da Venere quando venuto a contesa con Atlanta nel correre per superarla, li andò un per uno gettando fuor di strada, cosicche Atlanta invaghita di quelli, e trattenutasi a raccoglierli, fu superata da Ippomene.

Qui jam Sentinam stringebat rivulus urbem,
Nunc ferrata suis Saxa revellit aquis. (159) Saxum ferratum
Colle sedet partim, partim declinat in amnem.
Respiciunt madidum Ferrea Saxa Notbum.
Ista prius nomen Sentino sumpsit ab amne,
Dum sibi vicinas fluminis haurit aquas.
Millibus haec pelagi ter denis distat ab undis
Terra sub imperio, dive Maria, tuo.
Sed Longobardorum haec moenia passa furorem
Mutarunt alio nomina posta situ.
Nam novus hic ferri, plures faciendo fodinas
Incola de ferri nomine saxa vocat. (160)
Manibus hic Decius vovens sua pectora Divis, P. Decius filius
Pro populo voluit fata subire suo. (161)
O facinus dignum, Patriae mirabilis ardor,
O pietas ingens, o memoranda fides.
Sic duo pro patria vitam posuere Phileni.
Sic celerem in foveam Curtius urget equum.
Sic bonus indemnem servavit Codrus Athenas.
Sic etiam Decius fecerat ante Pater. P. Decius pater
Sic rem Christicolam servaret ut ille redemptor
Horribilem voluit sponte subire Crucem (162).

Bar-

[159] *Ferrea Saxa*, Saffoferrato nata dalle rovine dell' antica città di Sentino, come fi è moſtrato nel Tom. VII. pag. 1. dove fi trattò di eſſa città.

[160] Cerca d' indagare l' etimologia del suo nome.

[161] Allude alla battaglia celebre, che seguì nell' agro Sencinate fra i Romani ed i Galli, nella quale P. Decio il figliuolo sacrificò se stesso alla morte per la salvezza della patria, seguendo il fanatismo di P. Decio suo padre. Vedi nel cit. Tom. pag. 47. dove se n' è discorso.

[162] Paragone da non farſi giammai da un' Autore Cattolico, giacchè l' oggetto, il fine, e i soggetti ſteſſi sono aſſai diverſi fra loro, nè in guisa alcuna paragonabili; onde non poſſo non biaſimare in queſto luogo la soverchia poetica libertà, di cui ha voluto l'autore abusare.

Bartholus juris monarcha
Nicolaus Perottus

Bartholus hanc urbem, tollitque Perottus ad astra;
Iste sacris Musis, legibus ille bonus (163).

Alexander Cardinalis

Hanc etiam rubra redimitus tempora mitra
Doctus Alexander substulit usque polum (164).

Mons Martianus

In mare fertur aquis celsis de montibus Esis:
Anconae praeceps hus ubi turris inest (165).
Ad lapidem ternum dictus de nomine Marci
Vertice frugifero Mons videt hujus aquas (166.

Hic, ubi lata patent felicibus aequora glebis,
Nec renuunt laeti scindere rura boves;
Gargara, quot modios referunt renovata colonis
Agricolae, tellus tot dabit ista suo (167).

Aefis Urbs, vel Esium.

Uberior cunctis Esinus in aequore campus
Pinguia vicecuplum saepius arva ferunt.
Ista Siracusias evincunt ubere glebas.
Vix decimam partem Silicis ora dabit.
Undique planities, nec mons ibi cernitur ullus.
Nobilis in medio est urbs habitata solo.
Splendida marmoribus, sublimibus alta columnis,
Maxima porticibus Regia Regis erat.

In-

(163) Bartolo celeberrimo giureconsulto; il cui elogio fu da me riferito nel Vol. XII pag. xciv. Del Perotti, parleremo altrove.

(164) Il Cardinale Aleſſandro Oliva, di cui parimente trattammo nel Tom. X pag. lxxxix

(165) Il celebre fiume Eſio antico termine dell' Italia, oggi fiumeſino.

(166) Monte Marciano Terra soggetta alla R. Camera Apoſtolica, e per eſſa a Mons. Tesoriere generale, ma compresa nella Marca.

(167) Una parte del Monte chiamata Gargara è così fertile, ed abbondante, specialmente per motivo delle acque che scorrono dal monte ſteſſo, con cui s' innaffiano le campagne, che per esprimere la feracità ſtraordinaria di un terreno ſi paragona con quella parte dell' indicato monte.

Innumeras urbes in sub ditione tenebat.
De se se populus nominat ille suos (168).
Aesi nomen erat. Patriis dat moenibus illud, — Esium ab Esi flu-
Quod tribuit fluvio, nunc quoque nomen habet. — vio
Hunc sibi Bascarus Nicolaus vindicat urbem (169); — Nicolaus Bavarus
Sunt data nummorum millia multa Duci.
Atque ita vix avidas effugit sedula palmas:
Substiterat miles per loca multa gradus,
Flumesinus adit, cresceus ad limina portae.
Apta brevem lenis lympha tulisse ratem.
Angelus hac digna fuit Urbe Colotius ortus. — Angelus Colotius
Angelus, Aonidum maximus ille pbilos (170)
Vertitur in varias formas, totidemque figuras,
Carpathiis Proteus quot Deus egit aquis.
Polypus aequoreis non tot sibi sumit in undis,
Quot facies apto temp re cantus agit.
Vincere Smtaeum ludo, nitidaque palestra;
Aurea quique humeris jam tulit astra suis.
Mellifluos latices sumpsit de gurgite fontis,
Quem modo Gorgoneus calce peregit equus.
Hunc amat alma, sui captum dulcedine, Clio
Hunc fovet Euterpe, Melpomeneque virum.
Tradidit immensam seriem Polymnia rerum,
Efficit hinc virides Diva Thalia comas.

Ura-

1168) Allude alla favola del Re Esio, di cui tante volte si è discorso nei volumi delle antiche Picene, e specialmente nel XIII., e nel XIV. dove si è trattato di Jesi, e di Ascoli.

1169) Niccolò Buscareti gran Ghibellino unitosi con Lodovico il Bavaro, e con altri prepotenti, e fautori dell' Antipapa Niccolò V. nel 1328 andando a dosso a Jesi se ne impadronì.

1170) Si diffonde il poeta nelle lodi date ad Angelo Colocci, delle quali per altro n' era ben degno. Vedi il di lui elogio nel Tom V. pag. LXIV.

Sensibus ast Erato divinum infundit amorem,
Terpsicore mulcet pectora laeta choris.
Urania astrigenum totum patefecit olympum.
Mellifluos tribuit Calliopea sonos.
Unius hoc tenues miseratus tempore vates,
Moecenas gratum praestitit alter opem.
Hunc potes arbitrio polystora dicere nostro,
Hunc etiam merito jure vocare Sophon.
Quem tibi tam niveum dederit stabularia panem,
De Geticis credas montibus esse nivem.
Millibus hac decem non distat longius unda
Gurgitis, atque paulo si minus inde novem.
Fabrianum, Fabriano — *Pertransit mediam Fabrorum rivulus Urbem;*
Sentinae excidio reddita tecta domus (171).
Alberghettus est in vera historia, non Alegretius — *Suscipit hic Dominus primas Alegrettus habenas;*
Dum sequitur partes, crude Bavare, tuas (172).
Ad Boream paulum Fabrilia culmina vergunt,
Nuper ab Hispanis dilaniata viris.
Accidit infandum non longa aetate tyrannо,
Baptistae nomen fama fuisse Viro (173).

In-

[171] Crede il Poeta, che Fabriano sorgesse dalle rovine di Sentino Laddove ebbe origine da quelle di Attidio, come si è mostrato nel Vol. IV.

[172] Alberghetto da Fabriano celebre Ghibellino, seguace di Federico II. il Bavaro, divenne Tiranno della patria.

[173] Fu molto atroce e fatale la congiura d l giorno dell' Ascensione del 1435 scoppiata in Fabriano a danno della Famiglia Chiavelli. Mentre in un giorno così solenne tutti di essa famiglia si portarono nel Coro della Chiesa di S Venanzo ad assistere alla Messa cantata, sedici masnadieri congiurati, tutti bene armati, convennero nel luogo istesso, e mentre si celebravano i divini uffizj uscirl i ribaldi ad eseguire la nefanda congiura con una sì indecente profanazione e del tempio, e della sacra azione, e del giorno, dettero scelleratamente l' assalto, ed uccisero sul momento prima Tommaso, e poi Battista, e Borgaro nel mentre

che

Incarnatus *enim templo dum verba canuntur*,
Scinditur infelix in duo frusta caput.
Quod scelus horrendum postquam mala turba peregit,
Nec libertatem posse manere videt;
Dum cupit exigui vitare pericula fumi,
Intrat in ardentes (ut meret illa) faces.
Incidit in colubrum fugiens servire tigillo;
Se dedit imperio, Sforzia, moesta tuo (174).
Cardineo celebrem facit hanc Nicolaus amictu,
Unicus in doctis annumeratus avis (175). Nicolaus Cardinalis
Hac genus omne tibi chartarum venerit urbe,
Et melior Nili nulla papyrus erit (176).

che si cantava il versetto del Simbolo *Et Incarnatus est*, e quindi due de' figli. Finalmente tutto il resto della famiglia fu massacrato barbaramente.

1174 Dopo che i Fabrianesi si erano liberati dal dominio dei Chiavelli si dettero a quello di Francesco Sforza.

1175 Di questo Cardinale Fr. Niccolò di Fabriano, di cui parla il Ciacconio all' anno 1277. pag 227. Tom. II. ne parleremo anche noi altrove diffusamente.

1176 Sono celebri le cartiere di Fabriano, nelle quali si fabbrica molta, e scelta carta, la quale serve non solo al bisogno dello Stato, ma se ne fa del comercio colli esteri. Sopra tutto però è da rimarcarsi, che queste cartiere sono le più antiche, e le prime fra tutte le altre d' Italia, ed ai Fabrianesi si deve il bel vanto di aver scoperta l'arte di fabbricare la carta di straccio di lino, la quale è compresa sotto il nome di carta di papiro, come ha notato accortamente il ch Signor Cav. Tiraboschi nella Part. I del Tom V. pag. 99. e 100. della sua Storia della Letteratura Italiana dell' ultima recente edizione di Modena, citando varj documenti autentici, i quali non fanno punto dubitare doversi ai Fabrianesi questo bel vanto, che gli viene attribuito dal comendato Sig. Cav. Tiraboschi nell' accennato volume della ristampa della comendata sua opera, a costo ancora di toglierla a Trevigi, cui l' aveva attribuita nella prima edizione, e ciò per dar luogo soltanto alla verità. Se non che per la diligenza dell' ornatissimo Cav. Sig. Luigi Mo-

Mulciber assidua lassat fornace Cyclopes,
Et quidquid cupias hic reperire licet.
In medio clarae fons est uberrimus undae,
Distans a pelago millia dena quater.
Cinctus ab arboribus locus est in vertice montis
Aetereo Patri religione sacer, (177)
Pulcher amoenus; aves concentibus omnia complent,
Fontibus irriguis antra, nemusque virent.
Vexit Agenoream qui lata per aequora nymphan:
In tauro Phoebem jugiter esse putes.
Floribus & niveis rident loca plena liguſtris.
Solibus hyberno tempore vernat humus.
Undique conferae vallant sacra templa cupressi
Sola Redemptori sacra sacella Deo.

In

ſtarda, il quale molti belliſſimi documenti ha rinvenuti per confermare questa bella invenzione alla sua patria dopo ſtampato il suddetto Tom V. Part. I del ch Tiraboschi ſi è rinvenuta un' altra prova ancora egualmente valutabile e deciſiva, ed è che in una orazione latina recitata in Fabriano nel 1564 in presenza di Monſig. Paolo Odescalchi Governatore gen della Marca, registrata nei libri delle riformanze di essa città, e specificamente in quello segnato num 64 ſi trova espreſſamente così: *Opifices cum vero tantus & tam varius adeſt numerus, ut nihil ad humanum uſum deſiderari queat . . . . Hic lanificium . . Hic ferrum . . . . Hic tenuiſſima velamina . . : Nobile autem illud, ac prope divinum cartarum inventum non ne Fabriani merito principatum ibi vindicat? Quae per univerſum terrarum orbem cum ad litteras ſcribendas, & mercatorum rationes retinendas, tum ad libros typis excudendos circumferuntur. Mitto caetera omnia &c.* Dal che ſi raccoglie, che se in tempi tanto più proſſimi alla invenzione suddetta non se ne dubitava; molto meno se ne deve dubitare da noi, che viviamo tanto più lontani di tempo.

(177) Intende il celebre Convento detto dell' Eremita poſſeduto dai PP. Min Oſſervanti di S Francesco; Convento rispettabile non tanto per la sua ſituazione, che lo rende più venerando, ma molto più per i soggetti distinti nella religione per la loro santità, che vi han soggiornato, non esclusо lo ſteſſo Patriarca S Francesco.

In cruce defendet noſtrae via recta ſalutis;
Pectora, & extenſa te vocat usque manu.
Fit timor, horreres, tremrrent tua membra, capilli
Dirigrrent, valeas dicere, numen ineſt.
Celibis hic vitae drgit pia turba minorum;
Aſſiduo meditans pectore, mrnte, Drum.
Felices animae, quibus haec noviſſe tributum eſt
Ducit ad aethereas haec via ſola domos.
Heu mortale grnus, quo te trabit ipsa voluptas?
Quo rapiat neicit te violentus equus (178)?
Prob pudor, obverſis retro properatur habenis,
Non bravium prtitur, carcer aditur equis.
Quae tua ſtultitia rſt? hebeti tam lumine cernis?
Antene ne videas, an gradiare retro?
Non tuae divitiae meta eſt, celſique triumphi.
Mittit ad infernas copia larga domos.
Candida Tyndaridis numquam te forma beatum
Efficirt: maculat cuncta nefanda venus.
Quid prtis imperium? magnos quid quaeris honores?
Intrat in aethereos purpura nulla polos.
Peaedia quid cumulas? Quid lati jugera campi?
Sufficiet cineri parvula terra tuo.
Si quis divitias grandes opulentus habrbit;
Aut malus, aut hrrs redditur ille mali;
Quo proprras demens? Undantia comprime lora.
Devius extra olras (inſpice) fertur equus.
Quod tibi non opus eſt minimo licet eſſr paratum
Caeius ex aequo dicitur illud emi.
Corpore non anima eſt, gazaque propinquior omni.
Cur proprior fuerit jam tibi ſura genu.

1781 Chiude il noſtro Poeta queſto suo primo libro con una digreſſione ascetica per diſtrarre le persone del mondo dai mondani piaceri, e dalle caduche ricchezze, onde aspirino solamente all' eterne.

In nebulas abeunt trues, ventumque fugacem.
Has vitreas figuli dextera finxit opes.
Quid tibi delitiae Cretes? Quid citrea mensa?
Serica quid biſſus, concha, lapillus, ebur?
Hoc facies tantum, ut muscas vereare volantes,
Et timeas umbram territus ipse tuam.
Omnia mors aequat, nudus migrabis ad Orcum,
Quam tribuas nautae vix tibi nummus erit (179)
Unde tibi fuerit rogitat quem Cerberus, offam.
Terruerint animos guttura terna tuos.
Non obulum invenies stygia pauperrimus unda,
Unde sibi restim sumere colla queant.
Aurea sit manibus frondenti virga metallo
Limine Persephores constituenda Deae.
Hanc sine falce leges praecinctis ordine lumbis,
Si fuerit toto nulla litura sinu.
Omnia projicias, quae sint tibi cara, necesse est:
Teque, tuosque tibi (si sapis) ipse neges.
Accipe sponte crucem, mortem patiare cruentam;
Si cupias animam mox reparare tuam (180).
Niteris argillam, paries versando per omnes;
Efficies celeri vascula nulla rota.
Non simul & Tetidis quisquam servabit amorem;
Comprensus fuerit qui Galatea tuo.

Non

(179) Va spaziando il Poeta in quest' ascetico episodio anche colle favole della profana gentilità, com' è quella di Caronte, del Cerbero, del passaggio del fiume Stige, per lo che si potrebbe dire di lui con ragione: *Noli miscere sacra profanis.*

(180) *Accipe crucem* disse il Signore a chi ha volontà di seguirlo, ma non comandò per questo che dovessimo incontrare necessariamente la morte violenta, come pare che voglia dire il nostro Poeta, ma a questa siamo obbligati soltanto nella circostanza in cui ci trovassimo di esser costretti o al peccato, o a morire; e allora va bene, che si debba incontrare anche *mortem cruentam*.

Non bene quis poterit Dominis servire duobus;
Te foves ad manes iste; sed ille polos.
Quid tibi si paulum totum deserviat Orbis
Semper & in stygiis servus agaris aquis?
Nil anima melius, nil corpore vilius ipso,
Ni facis hanc pluris corpore, stultus eris.
Hic tua res agitur, ferrum versatur in igne:
Si secus efficias Isthmica saxa fodis.
Hoc caput est artis. Cunctum geris ordine punctum
Hac potes e nassis arte referre gradus.
Hic tibi nitendum penitus, velisque rotisque
Haec tibi non una sunt capienda manu.
Haec prora, haec puppis, peragendis optima rebus.
Hoc vallum castis, haec tua fossa, tuis.
Sic vatis in fido fuerit tutissima portu.
Firmabit puppes anchora bina tuas.
Ut tibi divitias cumules, volitabis ad Indos;
Per mare per terras mille pericla ferens.
Ut tamen evadas per saecula cuncta beatus,
Non potes exiguo tempore ferre malum.
Hic asini tenuem miseri nos quaerimus umbram,
Et nobis lites lana caprina facit.
Ducimus absque sacris nobis bona tanta parari
Magna volunt magno gesta labore geri.
Non emitur frusto panis domus illa polorum;
Conanti, manibus vix, pedibusque datur.
Si cupies extra teli consistere jactum,
Sudandum nervis omnibus usque tuis.
Non datur ignavis appellere posse Corinthum.
In stadio currens praemia digna capit.
Nos sine litterulis homines, studioque notandi
Credimus aethereos scandere posse polos.
Tu ne putas umquam sine pulvere sumere palmam?
Et segetem haud jacto semine ferre domum?

Bis puer ipse senex falso jactatur in illo.
Verius an pueri tempus in omne sumus?
Semper in Anticyram velorum pandimus alas,
Linquimus & fatuas tempora nulla nuces.
Heu genus infelix, coeco versamur in orbe,
Currimus ignari, qua teneamus iter.
Tempore nam lolio (miserum) victamus in omni,
Tiresiaque minus lumina nostra vident.
Venimus Anconis jam fesso remige portum
Hic faciat pausam nostra carina levem.

LIBER SECUNDUS.

A Te principium sumant mea vela secundum
Suffice versiculos, Virgine nate, meos.
Imminet Adriacis Cumerum resonantibus undis
Hoc Appennini creditur esse jugi.
Rupibus his legitur natrix, quae foeteat bircum;
Qua fatuos abigunt a muliere Deos.
Ancona *Condita Grajugenis cubito, venerabilis Ancon,*
Erexit Veneri grata sacella Deae (181).
C. Caesar *Huc sua praesidio praemiserat agmina Caesar,*
Transabiit veritas cum Rubiconis aquas (182)
Haec quoque Gothorum sensit disjecta furorem,
Dum male Centurio pugnat ab arce Conon.
Narses *Liberat at Narses, expulso a moenibus hoste,*
Et reparat celeri diruta cuncta manu.

Impius

[181] Ammette anche il noſtro Panfilo la origine di Ancona per opera dei Greci, ma non già dei Siciliani, come alcuni hanno ſtortamente pensato. Vedi nel Tom. XV. quel che ſi é detto di tale origine, e del Tempio di Venere, che avevano li Anconitani.

[182] Fu occupata da G. Cesare quando tornando dalle Gallie passò il Rubicone a mano armata colle sue truppe.

Impius affixit maestam Lotarius urbem — Lotarius
Capra ruit, miseras igne vorante domos (183).
Civibus illustris, sancto veneranda Senatu.
Hic rectum, pietas, pax que, fidesque viget.
Nobilis incessu gravitas; sua forma puellis;
Confero Dardanio cum Ganymedes satos.
Divitiisque potens, studio quoque floret honesto,
Inter Picentes extulit una caput (184).
Hinc mare vel lassum grandem, cumulumque bonorum,
Horrea lata potes, vel vocitare penum
Respicit occasum potius quam vergat ad ursam;
Undique Phaenacum praedia culta putes.
Plus hac unguenti fuerit fragrantis in ora,
Quem tellus olei Palladis ulla ferat.
Egregius Calamus Fons spargit limpidus undas; — Anconae fons calami.
Dulcibus, & liquidis, clarus, & uber aquis.
Moenia facta manu reddunt altissima portus
Moenia Trajani sumptibus acta Ducis (185) — Trajani.
Hic ferus horrisonis numquam fait Acolus austris
Et quatitur nullis lympha profunda notis.
Maximus iste locus magnam capit ordine classem
Alligat & curvas ancora nulla rates.
Tutus ab insidiis; moles falcata tuetur
Undique prospicieus, surgit in ista Pharus.
Millibus hanc hominum munit Leo Maximus urbem — Leo X. Pontif.
Praeputes fossas Marchia lassa facit.

In

(183) Segue il Poeta ad accennare le incursioni, alle quali fu soggetta la città di Ancona nei secoli barbari.

(184) Esprime con questo la denominazione, che dà alla nostra Marca, detta di Ancona; ma nel resto non ha alcun giure metropolitico sulla nostra provincia, e l' ebbe soltanto allora, ch' era la sede dei Marchesi, come vedremo.

(185) Di questo Porto si è parlato parimente nel precedente volume XV.

In mare prorumpit coenosis Muscio lymphis.
Cum jacit e madidis nubibus Iris aquas (186).

Numana volgo Humana.

Structa fuit Siculis scopulosa Numana colonis
Sceptra Dionysi dum furibunda cavent (187).
Culmina pauca quidem, sed jam populosa fecerunt.
Millibus haec dicto distat ab amne tribus.

Crocifixus Numanae.

Filius hic colitur summi spes nostra Tonantis,
Pro nobis subiens aspera fata Crucis.
Verbera qui voluit, tantos qui ferre labores,
Ut miserum aeterno liberet igne genus.
Nos proprio extinctos Pelicanus sanguine vivos
Reddidit, ille sua vivere morte fecit.
Cum digitum quidam crudelis scindere vellet,
Ligneus (o mirum!) substulit iste pedem.
Ipse negas; inquis, mihi quid mendacia narras,
Numquam natura si queat istud agi?
Est magis Herculeo istud inextricabile nodo,
Et quam Daedaleum caecius illud opus.
Somnia commemoras, nunc subventanea nobis;
In nebulas subito jam fugitura leves.
Invenias alium, cui tu sarcire patentes
Centones valeas; non potes ipse meos.
Debilis alta paras, sevum tondere leonem;
Quae minime feriant, plumbea tela jacis.
Ista quidem fiunt; ponunt ibi cornua cervi,
Aut ubi tu carnem, quam pavit ursa, vides.

Sic

(186) Il fiume *Musciano*, che corre fra Ancona, e Loreto. Ne' baſſi tempi v' ebbe anche il porto nelle foci di queſto fiume, come ſi rimarca da alcune carte Oſimane preſſo del Martorelli.

(187) La origine di Ancona fu comune anche a Numana, e vale a dire, che seguì per opera delli antichiſſimi Siculi, ma non di quelli che fuggirono da Siracusa. Delle Antichità di Numana ſi è trattato nel Tomo X.

Sic subito illotis pedibus responsa remittis ?
Sidereo nullos credis in orbe Deos ?
Legimus, iliacis saltasse ne Pallada campis?
Tu ne putas Christum Pallade posse minus ?
Si potuit nihilo totum jam reddere mundum,
Si majora facit, non ne minora potest ?
Tu mihi prima negas, aeternosque asseris orbes,
Aeternas species semper in ore putans.
Istud Aristoteles docuit te maximus ille,
Hoc nobis retulit Filius ille Dei.
Inspice, quis melior, quis nam sit doctior horum;
Cuive sit ex istis major habenda fides.
Dixerat ista Plato, cunctis fuit ille Magister.
Cur igitur soli credis Aristoteli ?
Perpetuo volvens Coelorum immobilis orbem
Res hominum, & pictas ordine curat aves.
Moenia sunt Cumero (188) *Siroli condita monte,* Sirolum
Vincentis dulci Corfica vina mero (189).
Non melius priscis guflavit opimius annis.
Non alius Lesbius, non tibi Creta dabit.
Hic satus eft Bromius genitoris semine Lethes,
Ni Lethea malis hoc genitore satum.
Foederis hoc contra fruftra dum nititur Ancon;
Armigeris capitur, diripiturque viris.
Attrahit hoc homines mira dulcedine nectar,
Unde datum multi nomen habere putant.
Muscio defter habet Caftri nova tecta Ficardi (190); Caftellum Ficardum.
Frugibus, & Cereri, vitibus aptus ager.

1188 Cumero, così detto il promontorio d' Ancona, di cui si è parlato nel Volume XV.

1189 Sirolo castello del contado, e della Diocesi di Ancona.

1190 *Castrum Ficardi*, così detta nelle antiche carte la Terra di Castelfidardo, compresa fra le altre della provincia.

Subdidit hæc Clero Franciſcus tecta Ficardi,
Militiæ patriæ dum gerit ipſe vicem.
Nuper in hæc Venetæ tecta irrepuere phalanges;
Omnibus abraſis diripuere domos.
Hic tibi ſi qua dabit vigilans jentacula piſtor,
Dixeris, hybleas mittere munus apes.
Colle patet celſo, Gothis jam tenta malignis
Auximum *Auximos. Immenſam pertulit iſta famem* (191).
Quod foret inſignis, jam Euxenos dicta Pelaſgis,
Poſt mutata loco littera bina ſuo (192).
Bellum horrendum, ingens, pro fontis ſumitur undis,
Dum Beliſarii dextera rumpit aquas (193).
Duxerat huc Varus civili Marte phalanges:
Milite munitum, ceperat arte locum (194).
Undique delectus hominum feſtinus habebat
Pervigilant, miſſi qualibet urbe, Duces.
Currit Arimineam Cæſar regione per urbem
Tranſierat liquidas jam Rubiconis aquas.
Tunc adeunt Varum, populo comitante, Senatus,
Ad quem Decurio talia verba movet (195).

Cum

(191) Belisario per ricuperare la Città di Oſimo presa già dai Goti tentò di espugnarla coll' affamarla.

(192) Pretenderebbe il Poeta, che il nome di Oſimo ſia ſtato *Euxenos*, e che aveſſe origine dai Pelasgi. Ne l' uno, nè l' altro. Il nome fu *Auxo*, e la origine ſi ripete dai Siculi. Vedi ciò che se ne diſſe nel Tom. V. pagi 23 e del nome, e della origine.

(193) Una delle ſtrade tenute da Belisario per prender' Oſimo fu quella di tentare di toglier via la gran fonte della città, e poi di avvelenarla.

(194) Azio Varo teneva Oſimo preſidiato per la Repubblica Romana contro Cesare.

(195) All' avviso, che Cesare sarebbe andato a prender' Oſimo, i Decurioni Oſimani fecero sapere a Varo, che se ne foſſe pur' andato perchè non potevano negare a Cesare l' ingreſſo, e Azzio Varo se ne andò.

Cum bene ſit meritus de noſtra Julius urbe,
Clareat & geſtis cuncta per ora virum;
Nulli municipes excludent mœnibus illum,
Nos quoque non æquo poſſumus iſta pati.
Providus ergo tuis, & noſtris conſule rebus,
Reſpectumque tuæ poſteritatis habe.
Actius egrediens educit ab Urbe cohortes,
Conſerit hic legio Cæſariana manus.
Deſeritur Varus, pars Julia caſtra ſequuntur
Pars, duce dimiſſo, ſe retulere domum. (196)
Julius hinc abiens Picena per oppida currit,
Proſequitur tantum Marchia tota ducem.
Lentulus Aſculea profugit Spinter ab Urbe;
Deſeruere patrem Cingula ſaxa ſuum (197). Cingulani
Auximon ipſe comes dum vincere deſtinat urbem,
Et putat exiguo tempore poſſe capi;
Aut mihi ter ſenos (ait) hæc mea teſſera puncto;
Aut mihi tris tantum teſſera jacta dabit.
Viderat hæc ductor, multo jam providus ante.
Huc prior occultis advolat ipſe viis.
Mœnia cinguntur vigili præceſſa corona
Haſta levis, jaculum, robora, ſaxa volant.
Nititur hic gradibus tranſcendere culmina turris.
Hic cadit in miſerum celſus ab arce caput.

 Sepius

1196] I ſoldati, che ſtavano al ſoldo di Varo in occaſione della fuga ch' egli ebbe a prendere, lo lasciarono, disertando, ed una parte di eſſi seguì piuttoſto Cesare, mentre gli altri se ne tornarono alle loro case. Tutto ciò lo abbiamo dai Commentarj di Cesare iſteſſo.

1197] Lentulo era un' altro comandante della repubblica, che teneva occupata la rocca d' Ascoli, ma ancor' egli fu coſtretto a sloggiare, e colla ſteſſa facilità prese G. Cesare anche Cingoli.

Sæpius armigeris certatur utrinque catervis.
Perdurant multos prælia sæva dies:
Ipse comes tandem fessus discedit ab urbe:
Mœnia consilio tuta fuere Ducis (198).
Bucalinus / Boccalino
Tollere jam cupiens Heros Bucalinus ad astra;
Vult populos patriæ nomen habere suæ.
Militibus fretus, celsæ quoque mœnibus arcis
Innumeras strages læta per arva dedit.
Emerat hic multas Magnus Pompejus amœnos
(Si bene conjicio) fertilitatis agros (199).
Otia si fuerant, Roma quandoque petebat,
Hic requiem fesso prædia grata dabant.
Hic canitur rithmus, cythara modulante, sonorus
Quem tibi Piceni lingua canora dedit.
Ut Linus, atque Orpheus, modulis ciet alter amœnis;
Et pecus, & dominos, robora, saxa, feras.
Non melius pisces testudine traxit Arion;
Delphin Tænarios cum tulit usque sinus.
Dulcius Aoniis numquam cantavit in arvis,
Dum vocat Amphion pastor in arva greges.
Pectine nec cythara melius pulsavit Jopas,
Non sua Mercurius fila canora lyræ.
Carmine mellifluo currentia flumina sistit.
Auribus arrectis undique turba manet.
Hanc jubar ascendens illustrat Apollinis urbem
Oppositam radiis Cynthius ortus habet.
Terra merum, segetes, & munera ferre Minervæ
Apta satis; pelago millia dena procul.

Colle

[198] Furono varie le vicende della città d' Osimo nel Secolo XV e per conto del Conte Francesco Sforza, e per via del tiranno Boccolino, delle quali intende di parlare il Poeta in questi suoi versi.

[199] E' noto, che Pompeo avesse delle molte possidenze in Osimo come asserisce Plutarco nella vita di. Pompeo Strabone padre del gran Pompeo.

Mons Filotchran.

Colle domos posuit sedis Philothravus amator,
Hos Veragraues creditur esse vires. (200).
Moenia vel satius quis Ornamentia dicas.
Oppiduli nomen pars vetus istud habet.
Pinguis humus, Nilo vix haec cessura feraci.
Ter procul hinc Thetys millia quinque domus.
Haec duris Urbini, cunctis deserta colonis,
Militibus saevis maxima damna tulit.
Ut cutis in facie valeat servare nitorem,
Plurimus in liquidis nat vigil anser aquis.
Illita si dederit Filtranus crustula melle,
Cecropios dicas haec sapit esca favos.
Undique cernuntur Labieni condita summo (201)
Illyricis etiam moenia celsa jugo.
Ut merito valeat vetus illa paroemia dici,
Nondum Cinguleis nox venit atra jugis (202).
Terra parum Cereri, Semeles sed idonea nato,
Nec fugit omnino Palladis arbor humum (203).
Urbs nitidum Phoebi declivius respicit ortum,
Bis centum stadiis ista remota mari.

Cingulum a T. Labieno instaurat.

Impia

1200 Trattando di Veregra, o Beregra antica città Picena nel Tom. III. fu provato, che la di lei ubicazione fu nelle vicinanze di M Filottrano; ora Filottrano, da che per Breve di Nostro Signore Papa PIO VI. è stata innalzata al grado di Città.

1201 Cingoli città ristorata, ed accresciuta da T Labieno, come si è detto in trattando delle di lei antichità nel Tom III citato.

1202 E' proverbio comune nella nostra provincia il dire: *ancora non è notte in Cingoli*; poichè restando la città in una elevata eminenza, e in una positura tale, che tramontando il Sole non lo nascondono così presto li Appenini, perciò non s' imbrunisce tanto presto il giorno, come in altre parti.

1203 L' olivo è l' albero di Pallade, e di questo abbonda il territorio di Cingoli.

Porgonius Ludovicus

Impia Pongonius sumit sibi Regna tyrannis,
Imperat hoc Princeps sic Ludvicus agi (204).

Staphylum

Colle perexiguo Staphylum sedet, undique pendens (205)
Hic. nimium dulci nectere gratus ager.
Une suum nomen veteres vixere coloni;
Nam Staphyle graeco dicitur uva sono.
Haec Urbs Vasconum sensit miseranda furorem
Fumarunt multos tecta eremata dies.

Muscio fluv.

Muscio lacrus aqua, dextra delabitur Aesis;
Ultra Cingulcos millia terna viros.

Apyrum

Jure tibi nomen tribuit fabricator Apyrum,
Te sive flammiferis ignibus esse vocans (206).
Montibus in mediis residens, aquilone laboras;
Nec tua in Herculeo tecta Leone calent.
Hic rosa perpetua consurget laurea fronde,
Quadrupedes foliis enecat ista suis.

Maffeum Nicolai Piccinini filium.

Tecta ducis genitus Massacci diripit urbis,
Insubriae populos dum Nicolaus adit (207).
Hoc etiam Feretrae castrum rapuere cohortes,
Abstulit immensas barbarus hostis opes.

Non

(204) Anche Cingoli fu soggetta ai suoi tiranni nelle rivoluzioni del Secolo XIII e XIV. de' quali intende di parlare il poeta.

(205) Accenna lo Staffolo, Terra della Provincia, e la Etimologia del suo nome preso dall' abbondanza delle uve detta con voce greca.

(206) Della origine di Apiro ne ha trattato il dotto Can Ottavio Turchi nel suo discorso istorico sulla Valle di S Clemente, che è inserito in questo XVI. Volume.

(207) Maffaccio uno de' Castelli di Jesi di molta considerazione risorto dalle rovine di Cupra Montana. Il P. Mauro Sarti ne ha discorso nella sua dissertaz. *De Antiqua Picentum civitate Cupra Montana*, ma altre maggiori cose ne attendo dalla dotta penna dell' eruditissimo Sig Ab. D Francesco Menicucci degno cittadino, che con molta lode si occupa in illustrare i patrj monumenti.

Non procul hinc castrum (de quo meminisse necesse est)
Servabat Bacchi nunc quoque festa Dei (208).
Prob scelus infandum, prob detestabile monstrum.
Curritur in Venerem (strupra nefanda) Deam.
Depositis vivunt hic bacchanalia sacris,
Observant leges Sardanapale tuas.
Itur in antra domus per amica silentia noctis;
Undique diversis ad nova sacra locis.
Nullis, sed occultis res fit penetralibus unquam.
Quæ non prolixa sit patefacta die (209).
Fœmina tartareis violentius excita monstris,
Immemor & teneras ducit ad ista satas.
Ad similem similis proclive ducitur artem,
Advolat ad speciem graculus iste suam.
Chara bovi bos est, & grata juvenca juvencæ
Et lupa respondet luxuriosa lupæ.
Ignis edax mulier, Vastique licentia ponti,
Hæc mala sunt miseris terna vocanda viris.
Currit anus, juvenis, pueri, nuptæque puellæ,
Vir nuribus mixtus cum mare nupta sedet.
Quid furis in Venerem fenice antiquior omni?
Planta pedum stygias jam tua calcat aquas.
Cecropis hæc numquam fecit lutulenta Catytto,
Talia non Sybaris prandia mensa dedit.

La festa del Bacchetto, de qua Bicondus.

Sacra

1081 Il castello di cui intende quì il Poeta fu Majolati, dove aveva le sue conventicole l' empia setta dei Fraticelli, cosicchè ebbe a soffrire di esser totalmente diroccato per ordine di Martino V. diretto per l' esecuzione ad Astorgio Vescovo di Ancona colla data di Roma *Kal Junii Pontificatus anno XI* Fu demolito adunque nel 1426, e due anni dopo per Breve dello stesso Sommo Pontefice fu permesso, che si riedificasse

1091 Dà il nostro Poeta un troppo minuto dettaglio delle oscenità che si praticavano da quell' empia setta, e se i versi suoi non fossero latini sarebbe stata necessità omettere questa inutile descrizione, e le più minute precisioni, ch' egli ne dà nei versi seguenti.

Sacra canunt omnes , dicit bona verba Sacerdos,
Redditur his superis gratia digna locis.
Septime bos , quid agis? tua sic velamina mundas?
Ecce luto purgas turpiter ipse lutum .
His actis, propere splendentia lumina tollunt,
Fit sonitus , pulsant cymbala rauca manu.
Tunc premit arreptos , & circumplectitur artus;
Obvia qua primo est , fœmina facta rapit .
Hæc pueri faciunt , eadem patiuntur & ipsi
Si neget hoc, per vim cogitur ille pati .
Cum patre nata coit , tenebris celantibus illos;
Cumque parente satus , fratreque mixta soror.
Ante diem vitulae curvo junguntur aratro,
Condiscit vitulus pondera ferre jugi .
Postquam prima quies epulis , saturique fuerunt ;
Pertentat cunnos ille , sed ille nates .
Parcitur hic nulli , veneris genus omne fatigant .
Turpis concubitus spintbria nullus abest .
Quid facis o demens ? tua sic vestigia figis ?
Corrumpunt mores turpia gesta bonos .
Nam prope si fuerint habitanda palatia claudum ;
Factus in exiguo tempore claudus eris .
Non genus hoc pecudum faceret sine pectore corpus,
Effugit & matrem scandere pullus equam .
Est opera pretium Barlotti noscere nomen,
Accipe sic dictos qua ratione vocent .
Hic modus est illis , haec regula digna tenetur ,
Dum sibi Pontificem forte creare volunt .
Ultimus in lucem fuerit qui proditus infans .
Concubitus aliqua de muliere sacri ;
Sumitur , & manibus tantisper fertur in orbem ;
Altero in alterius , dum perit ille , manu .
Ludus ut est pueris cum circumducitur ignis
Extinctus miseri pondere terga premit .

In

In cujus manibus primum exhalaverit infans
Ille animam , cui sors munera tanta dabit ?
Maximos , & dignos sumit venerandus honores ;
Pontificisque capit scepira verenda sacri .
At puer extinctus miserot jactatur in ignes ,
Uritur , & cineres una lagena capit .
Inde bibunt omnes , admixto nectere dulci .
Turpibus his nomen tradidit ille cadus .
Jupiter at tandem diphteram inspexit in ipsam ;
Pensitat & poena tempora longa gravi .
Supplicium meritum pro tanta labe tulerunt ,
Pro scelere & tantis criminibusque suis .
Quisque catenatus medio circumdatur igne ;
Pertulit ingentis funera cruda necis .
Cernitur ad dextras Aesini fluminis undas
Nobilis excelso condita Serra jugo (210) .
Montibus a geminis ambitur partibus altis
Matilicae , Bromiis vitibus aptus ager .
Cur autem fuerit mater jam dicta liquorum :
Forsitan Arcadica venit ab urbe Lycus ,
Aut quia mallifluum producat terra licorem
Nam creat hoc Bromius dulcia vina solo
Urbs sedet in medio , muris circumdata campo ;
Vergit & ad Boream parvulus amnis aqua .
Accipit imperium Dominus Bulgarius Urbis .
Praestit huic Princeps jam Ludovicus opem (211) .

Serra Sancti Quirici .
Matilicae etymologia andenam .
Bulgarius Ludovicus .

(210) Serra S Quirico , Terra assai rispettabile della Marca , che ha sotto la sua giurisdizione due Castelli Sasso , e Mergo .

(211) Matelica città antichissima , delle cui antichità si è trattato nel Tomo VI Allude il Poeta al suo nome , e pretende di spiegarne l' etimologia , ma poco felicemente .

Millibus hinc septem Camerini culmina distant,
Terdenis Veneti mobili unda maris (112).

Potentia fluv. & colonia. *Labitur arva suis per amoena Potentia lympis,*
Oppida jam rasit, nomina dicta suo (113).
Diruta nunc tantum campo monumenta videntur
Plurimus ac legitur saepe lapillus humo.

Lauretanae Divae templum. *Virginis at semper fumant altaria Divae,*
Non procul Adriaco condita colle mari (114).
Undique gens currunt, templum miracula complent,
Parvas sed aethereas vecta sacella vias.
Haec est illa Domus qua jam Regina polorum
Accepit superi nuncia verba Dei.
Parvula principium nostra fuit aula salutis.
Concipit hac genitum Virgo Maria suum.
Saepius haec sedem varias mutavit in oras,
Eligit in media dum loca certa via.

(112) Parla in questo luogo il nostro Poeta assai laconicamente, ma più sotto si diffonde nell' annoverarne i Principi, che la governarono della famiglia dei Varani, come vedremo.

(113) Potenza fiume, che proviene dai Monti Apennini, avendo la origine sopra Matelica di contro a Nocera. Nella sua poi sorgeva un tempo la città di tal nome, ch' ebbe cattedra vescovile, ed ora del tutto estinta, come si disse nel X Tomo, in cui cadde trattarne.

(114) Il tempio santissimo, ed insieme Basilica di S. Maria di Loreto, in cui si venera con incessante concorso di nazionali, e di esteri la venerabilissima casa, in cui visse Gesù Cristo con Maria SSma e S Giuseppe, e dove si operò il grandissimo mistero della incarnazione del divin Verbo, alle quali cose allude ne' suoi versi il Poeta. Ma di un così raro, e santo tesoro parleremo ben a lungo in altro luogo, come si conviene di una cosa, che è la più pregevole della nostra nazione e il più singolare monumento della predilezione di Maria SSma verso la nostra provincia, la quale sola ha prescelta fra tante al possedimento, ed alla custodia della di Lei santa abitazione.

O felix tellus, o Patria fausta, potensque
Cui licuit tantum munus habere solo.
Coenobium fileat, quod Herostratus abstulit igne.
Nil tua sunt Rhodope, nilque columba tua.
Quid sua Miletus, quid Caria templa, colossum
Quid Rhodos, aut Thuscas Porsena tollis opes?
Haec modo marmoreis fulgent decorata figuris.
Nobilis Andreas efficit istud opus.
Phidiaca fileat fabricatus Jupiter arte,
Efferat & quisquam non Heliconis opus:
Dormiat Euphranor, valeat Polycletus, Alexis
Iste Scopas, statuae Praxitelesque tuae.
Ut jam Protogenem pingendo vincit Apelles,
Sic alios omnes preterit hujus ebur.
Virgineam cupiens defendere Julius aedem — Julius II. Pontif. Max.
Maximus, hanc circum moenia lata dedit (215)
Numine praecellit septem spectacula mundi.
Diguius hoc ullum non fuit orbis opus.
Credimus ut vivea te virginitate parentem
Sic faveas servis Diva Maria tuis.
Arctior oblongum legit sibi Ricina collem,
Cum fuit a Gothis Helio fracta malis (216). — Ricina, Recanati.

(215) Giulio II. fu il Sommo Pontefice, che fabbricò il gran Tempio Lauretano in forma di castello per sempre più custodire quel geloso sacro deposito con disegno del celebre architetto Bramante, e fortificò in tal guisa questa fabbrica, che le cappelle formate in essa sono come tanti fortissimi baloardi.

(216) Recanati risorta dalle rovine di Ricina, come mostrerebbe l' analogìa del suo nome; ma poichè queste rovine Recinesi sono molto lontane dalla Città, e assai più prossime quelle di Potenza, altra città egualmente illustre, ed antica, nascerebbe difficoltà nel decidere se Recanati o dalle rovine di Ricina, o da quelle di Potenza sia stata edificata. Ma o dall' una, o dall' altra sempre la di lei origine e nobile, e gloriosa.

Inclyta tecta quidem, populiſque incognita nullis;
Hunc facit Auguſtum Virgo Maria locum (217).

Recinenſe emporium.

Indus, & Heſperius vehit huc, & Sarmata merces;
Nilus odoriferas, Æthiopeſque ſuas.

Joannes Venereus Cardinal. Hiſpanae Urbis Conchae

Hanc quoque Cardineus, generoſa ſtirpe creatus, (218)
Stemmate Concha rubro nobilitavit humum.

Berardus Bojoannes Medicus Phyſicus.

Reddidit Hippocratis celebrem medicina Berardum
Is Protomedicus Pontificalis erat (219).

Pharmaca divitias, viridemque dedere Tiaram.
Hic patriam æthereos ſubſtulit uſque polos.

Hac ſinus Adriacus paraſanga diſtat ab urbe
Nauta Potentinas claſſibus intrat aquas;

Mons Fanus.

Mons eſt ulterius, dictus cognomine Fanus (220);
Nec victus Siculis frugibus Æna tuis?
Hic ubi Perſephone, multis comitata puellis,
Decerpſit flores gramina chara ſuos.
Hunc quoque diripuit rabioſa gregaria turba;
Exulis Urbini caſtra ſecuta Ducis.

Mons Caſſianus

Ceſſius in tumulo Mons eſt non parvulus; ortum
Reſpiciens; ſupra millia dena fretum (221);
Terra ferax Domino numquamque ingrata colenti.
Poma, nuceſque vigent, pallas, & alma Ceres.

Cla-

(217) Nel territorio appunto di Recanati si fermò il sacro depoſito della Casa di Maria Ss, ed elevata Loreto al grado di Città, le fu assegnato il territorio colla smembrazione del Recanatese.

(218) Anton Giacomo Venerio Cardinale, creato da Sisto IV. nel 1473. Dei molti di lui meriti si è parlato già altrove, essendosi inserito il suo elogio fra gli altri delli Uomini illustri della lett. A

(219) Anche l' elogio di questo celebre Protomedico, fu dato nel Tom. XII.

(220) Monte Fano Terra della Marca della Diocesi di Osimo.

(221) Monte Cassiano Terra della Marca non ispreggevole, della Diocesi di Macerata.

Nicolaus Peranzonius Monticellianenſis Aſtronomus.

Claruit hic noſtro ſapiens Nicolaus in ævo
Florida Coryciì viderat arte jugi (222).
Grammata facundus conjunxit græca latinis,
Eloquio in primis doctus utroque virens.
Motibus hic novit quot nam gradiatur Apollo,
Tireſia melius quæque futura videns.
Et cum corniptedes velocius ſurget anhelos
Cumque pigros nullo verbere pungit equos.
Cum tenet exceſſam nobis diſtantior augem;
Proximus oppoſitum cum tenet ipſe locum.
Quot nitidos teneat convexos Conthius orbes;
Quot ſint Mercurio; quot vaga luna tibi.
Quæ medii motus ſit linea ſolis equorum
Et quæ ſit veri linea dicta gradus.
Qui medius motus ſit Phætontis in axe;
Et qui phœbea lampade verus erit.
Quod ſit squamigeri caput; & quæ cauda Draconis;
Luna quid; & radios perdit Apollo ſuos.
An teneat ſemper curvus ecliptica Solis;
Curribus an ne alia poſſit adire via?
Signiferique gradus quod tranſit menſe quadrigis,
Atque ſuum quanto tempore complet iter.
Eſſet Apegnanum cum te mihi dicere certum,
Imo non potui cernere (parce) ſitu (223).

Apegnanum Appignano.

Dum-

(222) Vuol intendere di Niccolò Paranzone chiaro aſtronomo de' ſuoi tempi, e come tale è quì chiamato dal Duraſtante. Scriſſe, e ſtampò varie cose. Rimane per altro inedito un suo MSs. sulle lodi della noſtra Marca, che vado sperando poſſa accrescere ornamento ad uno di queſti miei Volumi delle Antichità Picene.

(223) Appignano Terra della Marca, e della Dioceſi d' Oſimo: Anche queſta ebbe a che fare con Francesco Sforza, e fu aſſediata, ed espugnata da Niccolò Piccinini. Segue poi il Poeta a narrare una viſione, le cui circoſtanze le sentirà il lettore dai verſi medeſimi, coi quali diffusamente la espone.

Dumque oculis lustro, glacie loca tecta videbam:
Oppositum miror cur tibi nomen erat.
Vel mihi non poterat rogitanti tradere pignus;
Hoc tua sunt numeris culmina missa meis.

Franciscus Sfortia

Cum Comes oppidulum valida legione teneret,
Excubias faciens; nocte dieque vigil;

Nicolaus Piccininus

Undique tormentis peragens Nicolaus acerbis;
Moenia pulvereae protinus aequat humo.
Maxima fit caedes, exundant sanguine fossae,
Accipiunt laeti signa recepta Viri.
Accidit immensum res hic memoranda per orbem,
Magna quidem nostra non aliena fide.
Noscitur hic Animas aeternum vivere nostras
Post hominum mortem, nec nihil esse putes:
Ecce trahebatur Dives Vasconibus arctas
Funibus implicitus post sua terga manus.
Ibat in Oceanum jam jam sitibundus Apollo,
Miles Apegnani cum sua castra locat.
Assiduis spiris truncо vincitur acerno;
Ne fugiat, somnus dum pigra membra tenet:
Nox erat & medium Phoebe transegerat orbem.
Cuncta silent, homines nam sopor altus habet.
Hic agit insomnem moestus vaga pectora noctem,
Assiduus lacerat tristia corda dolor.
Verbera, tormentum, cruciatus, poena, flagellum,
Non sinit, hunc almo nocte silente frui.
Dumque animum tristis partes diducit in omnes,
His stupidus querulo protulit ore sonos.
Heu miseras sortes, heu sidera saeva polorum.
Quo trahitis moestos impia fata viros?
Quid genuisse hominem lachrymoso profuit orbe?
Nonne fuit nusquam rectius esse fatum?

In pharetra jactos numeres si forte lapillos,
Vix tibi de numero candidus unus erit.
Quod vocitas vitam, potius sic vivere mors est,
Non mihi quam Istio sors mea pejor inest.
In patrii cineris numquam nos minximus urnam?
An mihi sunt matri vulnera facta mea?
Ob nimium felix, faustus, nimiumque beatus,
Qui potuit patrio limine ferre necem.
Ille quidem poenam tantummoda pertulit unam,
Mille mihi savas hora dat una neces.
Jupiter omnipotens, Cæli moderator, & orbis;
Qui numeras crines, & regis almus aves;
Nec me destituas tanto in discrimine rerum,
Indigno faveat Crux tua sancta reo.
Vix ea fatus eram; video properare catervam,
Collucent clypei; protinus aera micant.
Undique conveniunt, titubantia pectora vallant;
Maximus ingreditur per mea membra tremor,
Namque ego, Sambico pavidus graviora timebam,
Auspicio genitum me reor esse malo.
Dum mala cruda moror, dum verbera magna trepisco;
Fit propius membris non ea turba meis.
Prospicio; miror; video proavumque, patremque,
Et fratrem, & patruos, qui periere, meos.
Dum stupet obtutum; dum cernere vana videbar;
Protulit ista parens aspera verba meus,
Impia progenies, soevior crudelior ursis;
Sic potes officii non memor esse mei?
Pramia tantorum pensas mihi digna laborum?
Hæc meritis patriis gratia celsa datur?
Sic pius exequeris grata legata parentis?
Sic mihi sacra facis? Sic agis ore preces?
Crudelis; meritas solvisti perfide poenas;
Quod mihi non dederas, nunc pia flamma tulit.

In

In tua consulto magalia misimus ignes ;
Substulimus vaccas , lagineroſque greges (124)
Praecipitem gradibus matrem dejecimus altis ;
Reddidimus geniti languida membra tui .
Armiferas acies patriam nos duximus urbem ;
Thesauros coecos , nos referamus opes .
Quae mihi debueras , miles tibi substulit atrox
Disce tuis meriti sumptibus esse memor .
Sed placidi tantas jam nunc deponimus iras
Delictis veniam do miserande tuis .
Sed tamen ista tibi , ne somnum dicere credas ,
Ne dubites veri verba fuisse patris .
Ne terrae volitare globum per inania ducas ,
Inque caput retro flumina versa suum .
Accipe , signa dabo certi manifesta parentis ;
In patrios (poteris) jam remeato lares .
Vinea nostra tibi fodiatur vertice summo
Hoc ubi sis , dicet fixa columna tibi .
Septiugenta dabis perfosse numismata tellus .
Hac habeas , propriam ne grediare domum (125) .
Haec ubi dicta dedis ; retro vestigia verſunt ,
Obstupui , rigidi diriguere pili .
Dumque ego respicio , video me fune solutum ;
Deciderant membris omnia membra meis .

Affis

(124) Il noſtro Poeta pretende di far vedere con queſto racconto , che le disavventure di quella guerra erano accadute in pena dei legati non adempiuti a pro dei poveri defonti Ottima riflessione , e piena di zelo ; ma poi non sò lodare , che l' appropri a un luogo solo , quando ſi poteva appropriare a tanti altri ; o per dir meglio ſi poteva anche omettere per non aggravare più un luogo , che un' altro di una mancanza , che sarà ſtata assai più generale .

(125) Ecco i soliti sogni dei tesori , per cui avrà avuto anche il noſtro Poeta il suo fanatismo .

Affuit ipse Deus subito delapsus olympo ;
Et stetit in tuto nostra carina vado .
Ut stygio volucri Tirynthius exit ab Orco ,
Aster ae sic me morte redemit Avis .
Per medias acies , somno auxiliante , petebam ;
Effugio vigiles per loca coeca viros .
Inde domum repedans ; Animo sua visa voluta
In patria nondum se putat esse domo .
In tenues dixi nebulas hic nummus abibit ;
Thesaurus carbo fiet & iste meus .
At dubios animos effossa pecunia solvit ,
Exibuit veram stips numerata fidem .
Vel fuit hic genitor , vel spiritus iste malignus .
Si malus iste , bonum qua ratione dedit ?
Monticulum longo posuit sua moenia colle (226) Monticulum, Montecchio.
Ut sit in angusto sola platea jugo .
Gratior est Cereri , quam Baccho tractus eorum ;
Sed tamen est latus campus ad omne bonus .
Hanc eversa suis posuit jam Treja ruinis Antiqua Treja Urbs a Gothis eversa.
Nomine sic dictus , monstrat ut ipse locus (227) .
Dicere montanos quidam voluere Cuprenses
Fallitur arbitrio , qui putat ista meo.

 Ulterius

[226] Montecchio , Terra ragguardevole della Marca della Diocesi di Camerino , al presente Città , dichiaratavi dall' immortale PIO VI. col nome di Treja , che è quello della città antica, dalle cui rovine fu edificata Montecchio ; le cui memorie istoriche furono da me illustrate nel 1780 in un libro in 4. che ha per titolo : *Treja antica città Picena oggi Montecchio illustrata* . Nuovi , e più rimarcabili monumenti sono stati posteriormente estratti da quell' archivio segreto dal dotto , e benemerito Cittadino Sig. Fortunato Benigni , col corredo dei quali ricompariranno le memorie di Montecchio in quest' opera assai più ricche ed estese .

[227] Parlammo nel Vol: II di questa Treja , e delle sue antichità non meno , che nella già citata *Treja illustrata* .

Ulterius posuit Cupram Ptolemaeus & infra
Firmum, ni forsan dixeris, error inest (228).
Hanc Comes ipse manu tacita properabat ad urbem,
Ut capiat furtim dum Nicolaus abest (229).
Sfortia namque prius populum ditione tenebat,
Mox placet & Papae, sub Duce signa sequi.
Advolat huc ductor; portas, & moenia firmans;
Viderat a specula damna futura prius.
Quod Comes accipiens; homini mala vota precatur.
Hinc aliud tristi pectore sumit iter.
Saepius infremitans, rictus extendit hiantes,
Frustratus votis ut lupus ipse suis.
Tubera monticuli comburunt vertice terram.
Africa Picenis vix meliora dabit.
Non feret asparagos tales nebulosa Ravenna,
Praebebit quales Monticulentis humus.
Millibus hinc placidis fluit ipsa Potentia ternis,
Ter sinus hic Venetus quinque remotus abest.
Ad decimum lapidem procul hinc mea patria distat,
Condita jam dextris, sed modo laeva manet (231)
Inclyta

Francisc. Sfortia Nicolaus Piccininus.

1228 Prima che si scuoprisse l' ubicazione dell' antica Cupra Montana al Massaccio di Jesi, molte opinioni correvano del sito in cui potesse essere stata, e fra le altre vi era quella di chi la credeva in Montecchio. Ma ora non v' ha più alcuno, che così pensi, nè che dubiti essere stata al Massaccio, come da noi pure si disse nel Tom III trattando di Cupra Montana.

1229 Occupò il Conte Francesco Sforza molti luoghi della Marca, e fra li altri anche Montecchio, che ai 17 di Luglio del 1437 cedè a Leone Sforza suo Fratello. Abusando poi il Conte della capitolazione fatta col Papa fu da questi mandato il celebre capitano Niccolò Piccinino per discacciare lo Sforza dalla Marca, e vi furono delle serie vicende, che da me si raccontano in parte nella mia Treja illustr. pag 163. e seg.

1230 Allude al sito, che occupava l' antica città, e a quello, che presentemente occupa Sanseverino.

Inclyta Piceni fuerat Septempeda quondam (231), — Septempeda, Sanseverino.
Nomine de septem sic vocitata satum.
Aut quod in his septem florebat moenibus artes,
Ut poedia potest voce monere sua.
Sive pedes septem fuit haec amplexa jugorum
Collibus effossis, rudera multa jacent.
Vel sibi mensurae sumpsit de nomine vocem
Incola concessum dum bove signat agrum.
Imperio tutas Piceni subdidit Urbes,
Omnibus una dabat publica jura viris.
Undique magnus erat populi concursus ad urbem,
Et dabat ingentem Curia lata sonum (232).
Flavius hic fasces tenuit Constantius oris — Flavius Valerius Constantius.
Flavius invicti Caesaris ille satus.
Lucius hanc etiam rexit celeberrimus urbem, — Lucius Domitius Aurelianus
Hic juvenum princeps Aurelianus erat.
Hic quoque Valterius, post Bondinarius acer — Valterius Bondinarius.
Agmina Gothorum maxima stravit humi (233).

(231) Dell' antica Settempeda, città distrutta dai popoli barbari parlammo nel Vol. IV., ed ivi si è anche parlato della di lei origine greca, perchè origioario dal Greco si vede chiaramente essere il nome suo; rigettando sempre le varie opinioni di questo Poeta, come non appoggiate ad alcuna autorità.

(232) Falso quel, che asserisce il Poeta dell' antica Settempeda. Questa non fu mai metropoli; non ebbe alcuna maggioranza di grado sopra le altre città; questa insomma non comandò mai se non a se stessa; nè a lei altri popoli obbedirono fuori del suo. Quì traluce un po di patriottismo Ma questo si fece da me avvertire anche allora che si trattò di essa città nel cit. vol. pag 55.

(233) Falso similmente, che Costanzo, ed Aureliano comandassero in Settempeda diversamente da quello, che comandarono per tutte le altre città dell' imperio Romano A Flavio Costanzo come a gran Principe eressero una lapida i Settempedani, ma non come Principe particolare di loro, ma di tutto l' imperio; così pure ad Aureliano Principe della gioventù Romana non Settempedana. Vedi nel Tom. cit. pag 43.

Expulit egregie crudelem a moenibus hostem,
Intulit & Patriae digna trophaea suae. (234)
Omnia sed pereunt cum venerit ultimus ille
Terminus, immites quem posuere Deae.
Nil valet imperium, nil robur, forma, juventus,
Vilius id cassa Mors facit ipsa nuce.
Ut leve grande facit breviter concordia regnum,
Omnia sic subito seditione ruunt.
Funditus imperium discors dilabitur omne,
Et super una domus decidet atra domum.
Quam non tanta manus Gothorum vicerat arcem,
Vinea, non aries, non catapulta fames;
Unius arte mala fallacis concidit albi;
Hostibus a vilis nocte cremata fuit (235).
Sed postquam in cineres versa est Septempeda nigros;
Et modo quae insignis Regia campus erat;
Ille Severinus redemitus tempora mitra,
Praesul erat tanti religione loci (236).
Sive hic Unnorum fuerat de gente profectus,
Sivè hunc Vestinis gens Amiterna dedit,
Seu fuit indigenae genitus de sanguine patris,
Accola vicini vel fuit iste loci (237),

Res

(234) Vuol alludere il poeta alla difesa che fu fatta valorosamente di Settempeda all' assaldo dei Goti, nel che si verificherebbe quel che ne scrisse il Biondo, cioè che Teja re de' Goti pose ai Settempedani l' assedio, ma disperando di espugnarla, se ne andò verso Ricina.

(235) Tiene il nostro Poeta che la sua patria fosse distrutta per un tradimento, e messa a fuoco. Vedi quel che si disse della di lei decadenza nel cit. vol. pag. 95.

(236) Anche di questo Santo Vescovo fu ivi trattato alla pag. 65. e seguent.

(237) Espone i diversi sentimenti delli autori sulla Patria del Santo, ma noi li rigettammo tutti, e ci attenemmo a quello dei Turchi che lo ha creduto Settempedano; il che più generalmente parlando si verifica di tutti li antichi Vescovi per le ragioni, che addussi nel Vol.XIV. parlando di S. Emidio.

Res fugit humanas , & vitâ fungitur ipſa;
Nec parituo cippo mortua membra tegi.
Mira facit , variis ſanat languoribus æquos ,
Lumina dat cœcis , Loripedique gradus.
Poſt aliquot lucès tbeda componitur una.
Juſſerat inſomnis ſic agitare viro;
Ducitur indomitis dum per loca frigida tauris ;
Brumâ fuit ; florèt quælibet herbà dabat.
Flumine trafitò ; veterem qua cernimus Ædem;
Fecerunt minimam gramine plauſtra moram.
Ut ſummum tetigere jugum , procumbit uterque
Pronus humi; ſedet hic poſuere ſacrus.
Illic relliquias miſit Septempeda cunctas ;
Juſſit & illius nomen ineſſe loco (238).
Sceptra capit Marcus venerandæ Petilius urbis; M. Petilius
Et facit illuſtrem ſeque ſuamque domum (239).

Hoc

1238] Quì ſi parla dal poeta della traslazione del ſacro corpo del Veſcovo S. Severino dall' antica cattedrale di Settempeda alla città nuova rifabbricata nelle oppoſte sponde del fiume Potenza, e ſi accenna che incerto il popolo del ſito , in cui ſi doveſſe riedificare la nuova Cattedrale , e dove trasferire le venerande relequie del Santo Veſcovo furono collocate in un carro, a cui attaccati due Giovenchi indomiri queſti appena paſſato il fiume ſi direſſero alla vetta del colle , in cui ora eſiſte la Cattedrale ; e l' Episcopio ; ed ivi ſi fermarono . Da che ſi conobbe, che il Santo amava che ivi ſi collocaſſero le sue reliquie , dove in fatti ſi riposero, e vi fu innalzato il sontuoso tempio, che anch' oggi vi eſiſte ; e a ridoſſo del colle fabbricate anche le nuove abitazioni dei cittadini, lasciando il nome dell' antica desolata loro patria, presero quello del Santo iſteſſo loro benemerito protettore, e ſi diſſe Sanseverino

1239] La gente Petilia fu anticamente una delle illuſtri dell' antica Settempeda , avendo noi varie lapidi , che ſi sono riferite nel cit IV. vol. , ed una specialmente ne abbiamo di M. Petilio , sebbene ſi poſſa dirè piuttoſto un frammento . Queſto però non baſta per dire che M. Petilio foſſe il sovrano di quella città, poichè di quell' epoca le città ſi governavano come repubbliche , e dipendevano da Roma.

Hoc duce Petini ſumpſerunt moenia nomen;
Undique conſpicuo condita caſtra jugo (240).

Domus Truscia

Truſcia nobilium præſignis origo Virorum,
Viribus, ingenio, claruit ampla diu (240).

Domus Lornana

Quis Lornana domus veſerat tua geſta triumphos?

Domus D. Rovellono.

Quis Rovelloni parte trophæa Ducum?

Tomus de Rainaldi D. Salimbeni.

Vir fuit illuſtri Rainaldus ſtemmate nomen,
Unde Salimbeni, quod bona quæque fluant.

Domus de Civitellis

Quis ginus Andreæ Comitis ſatis efferet umquam?
Et Civitellæ maxima geſta Domus?

Domus Bondinaria

Clara fuit multis ſtirps Bondinaria geſtis,
Hoſtiles patria reppulit Urbe manus:
Hic quoque celsa domus Smidutia floruit olim,
Plurima finitimis retulit arma Jovi.
Nobilis ista caput primum ſibi ſumpſit ab Acto,
Tum Rainaldus habet jura ſecunda ſatus.

Centius 3. Nutius 4.

Hoc gemini fratres uno genitore creantur,
Centius insignis; Nutius acer eques.

Smidutius 5.° qui regnare cæpit.

Sidere felici fuit hic Smedutius ortus,
Qui ſumpſit prima ſceptra verendà manu.

In-

1240] Non è ignoto nelle carte del medio, ed infimo evo il caſtello detto Pitino, per cui ci furono tante liti fra Sanseverino, Montecchio, e Tolentino. Siccome rimane queſto sulla cima di un'alto monte, che rimane in qualche vicinanza di Sanseverino non è lontana dal vero la congettura del noſtro Poeta, cha da uno della famiglia Petinia Settempedana prendeſſe il nome, e lo conſervaſſe poi fino ai giorni noſtri. Oggi è uno de' Caſtelli di eſſa città, e della sua dioceſi.

1241] Segue il Poeta ad accennare varie antiche famiglie delle più potenti di Sanseverino, le qnali vi ſignoreggiarono nei ſecoli delle grandi ſazioni, fra le quali ſi diſtinſe assaissimo la famiglia Smiducci, i cui valoroſi soggetti sono ricordati da varj scrittori con molto onore. E'inutile il dare un dettaglio dei loro fatti, e dell'epoca, in cui eſſi viſſero, giacchè ne dovremo trattare nella ſtoria di Sanseverino quando sarà per aver luogo nei miei volumi.

Inclytus huic rerum tribuit Ludovicus habenas, Ludovicus Bavarus.
Dum ruit Italicas ille Bavarus opes.
Procreat hic ternos vera de conjuge natos
Sed sacra sunt medio tradita sceptra Cole. Cola 6.
Nofrius hunc sequitur, miles venerandus in armis. Nofrius 7.
Subdidit imperiis oppida multa suis.
Hunc subit invictus Princeps Antonius armis; Antonius 8.
Consilio valuit non minus iste domi.
Inde capit patriam petulans Smidutius arces, Smeduttus 9. & ultimus.
Et tenet immerita sceptra paterna manu.
Utitur hic paucos genitoris fascibus annos,
Invisus populis moribus ipse suis.
At postquam matres coepit vexare pudicas,
Nec timet egregios dilaniare viros;
Agmine tunc facto populi ejecere tyrannum
Ejus & eximio cardine versa domus (242).
Mille procul prima distat vix a passibus Urbe;
Parsque sedet plano condita, parsque jugo.
Vergit & ad boream major, septemque triones;
Pars gelidumque polum, pars mediumque diem.
Pontificis ductor fugit hac Nicolaus ab Urbe. Nicolaus Piccininus.
Senserat hostiles non procul esse manus (243).
Agmina Parthenopes Comiti Rex duxerat ampla;
Contra Pontificem namque ferebat opem.
Tunc comiti claves supplex tulit ipse Senatus,
Et præbet victas vulgus inerme manus.

Sfor-

[242] Fine già comune a tutti li empi, e malvagi principi; i quali abusano della loro autorità per condurre una vita indegna di qualunque cittadino, non che del principe istesso. Quest'ultimo tiranno della casa Smeducci fu Antonio, contro il quale si mossero ancora i celebri capitani della chiesa Lodovico, e Paolo Colonna, Gattamelata, e Rocca di Farro.

[243] Soliti fatti, ed incontri con Niccolò Piccinino, e Francesco Sforza, avvenuti anche in altri luoghi e città, siccome il primo cercava di spogliarlo della Marca pel Pontefice, e l'altro cercava di mantenercisi.

F. Sforza.

Sforzia dat veniam Populo, sua jussa petenti.
Excipitur gratis, Rexque, Comesque Viris.
Nunc autem multis stipans legionibus urbem;
Afficit ingenti Gallica turba fame.
Surripit hospitio nummos, operumque labores.
Undique selectæ diripiuntur opes.
Gratus ager Cereri, tum spicis aptus habendis.
Crescit enim vino spongia sicut aqua.
Palladis arboribus tellus nunc avara ferendis,
Grata Venafrani qualia dona soli.
Hæc quæ Picenis veniunt subducta tapetis;
Munera Cecropiæ terra severa creat.
Lenis aquæ flumen niveas devolvit arenas,
Moenia contingens dulcibus Urbis aquas.
Prata virent, totos cingunt vaga prædia muros.
Hesperidum dicas, Alcinoique locos.
Nuper in Italicum quæ zizipha venerat orbem,
Aggravat hæc baccis pectora mœsta suis.
Numquam nuda suas emittit amygdala frondes,
Qua Phyllis laqueos induit ægra malos.
Candida jam morus, seris redimita capillis,
Fructibus auratis armeniaca viret.
Non insana manet rurestri margine laurus,
Tradita quæ faciat jurgia sæva Viris.
Populus Alcidæ viget hic, sua laurea Phœbo.
Hic myrtus Veneri, quercus amica Jovi.
Pinus & hic Cybeli, flexis quoque passibus albæ
Sunt hederæ, Bromio grata coronæ Deo.
Hic cerasus, corylli, ficus, pira, mala, nucesque,
Frugis & hic passim nascitur omne genus (244)
Esse

(244) Tutte lodi, che dà il Poeta alla somma feracità del territorio Settempedano. Lodi a un dipresso quasi comuni al resto della provincia fertile di sua natura, e sterile soltanto in molti luoghi per i difetti notabili d' agricoltura.

Esse merum dices, quod Massica terra creavit,
Si quando pure viva severa bibas.
Hic Junonis aves pictae, Venerisque volucres;
Tereus, & Progne, dat Philomela modos.
Mittit ibi gemitus pro scissis corpora moestos.
Circinat hos laetos plurima talus agros.
Filia Vicenae venit huc lucanica porcae.
Hoc rugosa tibi carica Roma solo.
Hic tibi boleti facient tua prandia cheri,
Qualibus est solitus Claudius ipse frui.
Carduus innocuos producit stipite fungos,
Hi facient lautas ferculo grata dapes.
Omne genus nostro fungorum nascitur agro;
Officient pueris non tamen ista tuis.
Sed tibi quid tantum juvet indulgere palato?
Quid petit innumeras lingua dolosa dapes?
Si tibi pauca satis; quid plurima ferculo queris?
Optima perficiet prandia sola fames:
Hic Brontem, Steropem, lassat Junonia proles;
Dedaleaque faber plurimus arte valet;
Haec durum generat tellus uberrima ferrum
Quale creat Tusco fertilis Ilva mari (245).
Montibus hic niveis caeduntur marmora ternis,
Collibus Herculeum qualia Tybur habet.

[245] Se nel territorio di Sanseverino, ed in tanti altri territorj di luoghi posti presso i Monti Appennini si facessero le più diligenti osservazioni da qualche bravo chimico, e naturalista, non solo vi si scoprirebbero altre miniere di ferro, ma di altri più preziosi metalli; nè mancherebbero cave di marmi, nè di carbon fossile, nè di altri generi i quali sarebbero di sommo profitto allo stato.

Sanvicinus Apenninorum mons altissimus.

Ast ubi sidereum [illegible] vertice pulsat Olympum;
Sanvicinus ag[illegible] undidora peti (240)
Hic etiam magnum quae concitat herba furorem,
Si fuerit nummi pondere sumpta mero.
Monte sub hoc Helenes mirabilis herba virescit,
Concilias formam, laetitiamque facit.
Nascitur anthemis, nunc pamphuella vocatur.
Serica purpureo sanguine fila rubent.
Vellitur haec rastris tabulosis montibus herba.
Undique plena tenent sanguine grana pedes.
Libra venit, geminis, vel pluris saepius aureis
Icarius legitur cum canis urit agros.
Detinet hic juvenes variis Tritonia telis,
Vincit Arachneas quaque puella manus.
Hic vomit assiduo bombyx sua domata filo,
Purpureas telas pectine testor agit.
Dibapha puniceas intexit purpura vestes,
Pallia dum fiunt optima sacra Deo.
Murice tinctta nurus exercet lana per urbem:
Sive colo fusis, turbine sive trahat.

Vellora

1246] Il monte Sanvicino, che resta in molta vicinanza alla città di Sanseverino è una continuazione della catena delli Apennini, che restano nella nostra provincia. L'autore ne descrive le particolari produzioni come di certo marmo, che si pone in uso sovente nei luoghi della provincia, il quale se fosse più duro non mancherebbe di un' assai maggior pregio; ma sopra tutto descrive l' erbe particolari, che vi nascono come l' *Helenium*, del quale si è parlato più sopra; e l' *Anthemis*, la quale per altro dai Bottaoici è distinta in tre maniere. Altra si chiama *Italica arvensis annua major vulgatissima*, descritta *flore maximo disco pungente*, che talvolta è presa per *Camomilla*. Altra dicesi *arvensis annua patula* e questa è varia poichè ora è odorosa, ora nò, e talvolta è anche fetida, e vien rappresentata dai naturalisti *folio glabro, capitulis & ramulorum extremitatibus crassioribus*. L'altra è l' *Anthemis hortensis* distinta dalli altri due generi perchè *repens odorata, sem floculis concoloribus, & vix conspicuis*.

Vellera cana vivos , nebulas aquantia tractu;
Rubra tenent juvenes ; pullaque multa ſenes.
Tingit & hic variis lanas infector abenis,
Vellera , nec Tyriis inferiora pilis.
Diſtat ab Adriaco ſtadiis bis gurgite centum
Inter Varanos , Monticuloſque viros.
Hinc oriundus erat celeberrimus ille Joannes ,
Sanguine Caccialupo , jure in utroque valens (247).
Principium generis Comes eſt Octavius hujus ,
Accepit patrias tum Rainaldus opes.
Tertia jura tenens Armannus gignitur iſto.
Hinc duo Gentiles , Urſus & ipſe ſati.
Nobilis hoc Francus , Petruſque creantur ab Urſo,
Sextum Caccialupus ſuſcipit ipſe locum.
Hoc dominus legum facundus , naſcitur agro.
Qui de torturis aurea ſcripta dedit .
Clarus Apollinea , & qua floruit arte Berofus;
In Logica nodos ſolvere Gordē ſuos.
Alter Pythagoreas in naturalibus ipſis
Qui ſiunt gelidæ ſit Marianus aquæ.
Quare Nilus aquis Ægyptum diluat omnem,
Torridus arentes cum canis urit agros.
Coptica cum ſuperat congeſta repagula gurges ,
Et Prognes luteum præterit altus opus.
Cum vomat Aetna ſuis immenſos faucibus ignes
Compleat & Siculum nigra favilla ſolum.
Cur volitare nequit pennis ſuper ales Avernus ,
Quia cadat in liquidas lapſa volucris aquas.

Joannes Baptiſta Caccialupus Jurecon.
Caccialuporum progenies.
Octavius ſive Octavianus.
Rainaldus Armannus
Gentiles. Urſus.
Franciſcus. Petrus Caccialupus
Franciſcus. Brunus

Marianus Euſtach. Medicus Phyſicus.

1247 Fa quì il Poeta un' elogio al chiaro Giureconsulto Giambattiſta Caccialupi, e quindi s' innoltra a descriverne la geanologia, ricordando altri uomini illuſtri di queſta nobile famiglia, la quale fiorisce tuttora in Sanseverino, e ſi può meritamente gloriare di tanti illuſtri soggetti, dei quali sarò per parlare altrove diſtintamente.

Frigidior quare puteis æstate fit unda,
Frigida cur calidam fonte remittat hyems.
Cur apud Hammonem gelidam fons luce diurna,
Et noctis calidam tempore fundat aquam.
Qua ratione queat, gelido projecta liquore,
Concipere ardentes arida stupa faces.
Cur lapis, & ferri, magnetum nomine dictus,
Ad se materiam protinus ille trahat.
Concutiat teeram tantis quid motibus ipsam,
Quid facit æthereis fulmina missa polis.
Nubila quid tonitrus, ventos, nebulasque, volucres;
Et quæ de cœlo sidera lapsa cadunt.
Cur mare stelliferos tumidum non crescat ad axes,
Undique cum pelagus flumina tanta petant.
Filia cur varios habeat Thaumantis amictus,
Afficeat & liquidas sæpius iris aquas.
Flumina quid generet, cæcis egressa cavernis,
Cur ponat & vicinos frigore silva comas.
Cum decies pontus tellure sit amplior ipsa:
Undique cur totam non tegat æquor humum.
Postquam Phœbus equi transibit brachia cancri,
Cur habeat tremulas populus alba comas.
An gallina prius cunctis jam vixerit ovis,
Candida vel pullis ova fuere prius.
Cur Saturnus edax genitor absumpserit omnes,
Et tantum parsit quatuor ille satis.
Altius erectus didicit secreta polorum,
Qua tres persona sit ratione Deus.

Ludovicus Lazarellus Poeta.

Hæc qui bis seno de fastis urbe libellos
Edidit egregium temporis hujus opus.
Nuper in hac hominum morbo periere catervæ,
Defuerant tumulis cruta templa novis.
Per foca, per villas, per singula castra jacebant.
Millia falcifere sunt data terna neci.

Clens

Clens pedibus tritas rapit furibundus arenas ;
Flumen ab Argivo nomina Clecto tenens (248);
Nuper in hoc fluvio lignum lapidescere visum ,
Altera pars baculus , pars erat ima lapis .
Palladis arboribus gaudent nova mœnia celsis .
Hunc sibi se legit læta Minerva locum (249) .
Inde Potentinæ labuntur in æquora lymphæ .
Hinc Clens cœnosis volvitur amnis aquis .
Millibus a pelagi tribus hæc Urbs condita lymphis;
Ni potius dicas forsitan esse minus .
Qualia pervigili quondam servata draconi;
Hesperides niveo poma tulere sinu :
Qualia Corcyræ Regis decerpserat uxor;
Qualia mala tribus jacta Deabus erant ;

Clens fluvius, vulgo il *Chienti* .

Mirum .

Novana, seu Civitas nova .

Qualia

(248) Il fiume Chienti , che mette nel mare fra le due Terre di S Elpidio , e di Civitanova ha la sua origine dal Monte detto Colfiorito , e precisamente dalla fontana detta delle marinate , e s' ingrossa con altre ricche vene di acque in Serravalle , ma è sempre un picciolo fiume fino a tanto che non ha passato Valcimarra , andando sempre più crescendo dalle acque che scaturiscono per molte vene dalle montagne, alle cui falde ess corre . Questo si vuol dai più che fosse l'antico Fiumore . Il nome di *Chienti* non si trova altrove, che nelle carte de' bassi tempi, ma vi è anche fondamento da credere che li antichi lo nominassero *Cluentum.*

(249) *Nova mœnia* ; cioè Civitanova Terra della Provincia, e diocesi di Fermo , e Feudo insieme dell' Eccellentissima Casa Cesarini , il quale vi destina il Vice Duca per governarla . E' celebre il suo nome per essere stata la patria del chiarissimo comendatore Annibal Caro , e la di lei origine si deve ripetere dalla rovina della vicina Cluana , piuttosto che da quella di Novana , poichè Novana non può mai essere stata nè città littorale , nè collocata in quella parte di provincia , sol che si esamini il passo di Plinio , e si consideri , che Mela non ne ha in alcun modo parlato, come senza meno avrebbe fatto se fosse stata città littorale come Numana , Potenza, Cluana da lui tutte nominate . Vedi il Tom IV. dove se ne tratterà . Le memorie istoriche di questa Terra ragguardevole furono illustrate dal Marangoni .

Qualia dilectæ descri pfit Acontius olim,
Talia dat mensis hæc nova Terra tuis.

Mons Cantarius

Mons jacet ad dextras Clentis Caufarius undas,
Oppidulum, Cereri non inamoenus ager (250).
Hoc clamosa loco posuit sibi curia sedes.
Huc tulerat causas undique turba suas.
Judicis hic dubias secuit sententia lites.
Inde suum nomen sumpserat iste locus.

Mons Sanctus

Sanctius divifero Mons cernitur undique colle:
Dextera Potentinum culmine spectat agrum (251).
Grata quidem tellus, cunctisque volucribus apta,
Aucupio melior non erit ulla tuo.
Quid referam pisces? nusquam piscatio major,
Ostra non alius dat potiora sinus.
Turba canum cervos per devia rura sequuntur.
Plurimus implebit retia tensa lepus.
Actaeon his Capreas dum venaretur in oris,
Consumptus canibus dicitur esse suis.

Mons Liponus vel Luponus

Tollitur ulterius summa mons arce Liponus
Quod maneat pinguis sic vocitatus avis (252).
Tristia quid faciat, quidnam dixere Luponum:
Ast alii lupon, namque relictus erat.

Mol-

1250 Monte Cosaro altra Terra della Provincia, e della dioceſi di Fermo, e parimente feudo della ſteſſa Eccma Casa Cesarini, detta prima Monte Fedele. Siccome la curia generale della Provincia per i torbidi, che nascevano nei secoli XIII. XIV e XV. ſi trasferiva dove il Rettore credeva che foſſe più ſicura piuttoſto che più commoda, così al dire del noſtro Poeta ſtette anche in M. Cosaro. Ma altrove sarà noſtra ispezione rimarcarne l' epoca.

1251 Monte Santo Terra della Provincia, e della Dioceſi di Fermo. Trattando del luogo antico, rammentato dalla Tavola Peutingeriana col nome di Sacrara, nel Tom VIII. produſſi le ragioni per le quali ſi può credere ch' eſiſteſſe in M Santo.

1252 *Mons Liponus*, cioè M. Lupone, altra Terra dalla Provincia, e della dioceſi di Loreto.

Molliter ut valeas alte requiescere pluma ;
Pasta liponensi gurgite , praebet anas .
Ad mediumque diem vergunt tua moenia, Murrum.
Hic tibi grata Ceres, grata Minerva tibi (253).
Non modo divitias tellus uberrima praestat ;
Haec quoque grammatibus terra sed apta satis.
Hac Nicolaus adit te jam Ferraria sede ,
Et Ducis ingenuos edocet iste sator (254).
Filia Ricinei cineris reparata remoto ;
Ponitur at contra nunc Macerata jugo (255) .
Ista suum nomen gladium sibi sumpsit ab ipso ,
Quod nimis hoc vigeat justa machera sola .
Omnibus accessu multorum nota virorum ,
Cum sit Pontificis Praesidis iste locus .
Seu quod macerie putri reparanda sit acta
Helia de casus pulverulenta tui .
Sive quod eculeo lento , variisque flagellis ,
Praesidis imperio maceret ista reos (256) .

Murrum Vallium

Nicolaus Lazzarinus Ferrariæ Ducis liberorum præcept.

Macerata

Solis

[253] Morrovalle Terra della Provincia , e Diocesi di Fermo .

[254] Comenda il Poeta il chiaro Niccolò Lazzarini, di cui fanno onorata testimonianza varj Scrittori . Niente lasciò colle stampe , ma soltanto Mss Fiorì in Ferrara nella Corte degli Estensi come maestro di quei Principi , il che solo basta a far conoscere quanto grande ne fosse il merito Li antenati di questo soggetto tennero Morrovalle come Signori di esso luogo , e dopo ancora , che ne dimisero la signoria seguitarono a dimorarvi : e sebbene questa famiglia si trasferisse dappoi in Macerata dove è una delle nobili , e qualificate , e nella persona dell' ornatissimo Sig Antonio conserva il retaggio della dottrina , e della virtù , nondimeno continua ad avere le antiche possidenze in Morro , un'isolato palazzo nella piazza , la parrocchia propria , e distinta , il sepolcro , le armi Ma di questi tornerà doversene parlare in altro luogo.

[255] Macerata riedificata dalle rovine di Ricina , i cui ruderi appariscono nelle sponde del fiume Potenza nel territorio della stessa città.

[256] Allude con questi versi il Poeta all' essere Macerata fin da quel

Solis ad Eoos vergens Hyppericnis ortus,
Ter procul Adriaco millia quinque sinu.
Frugibus aptus ager, tum dulcibus uber olivis.
Non hanc pampineam spernit Lucchus humum.
Carduus hic fertur, jamdudum pinea dictus,
Hunc etiam cynaram turba Pelasga vocat.
Is quondam rarus Latiis veniebat in agris,
Tempore sed nostro multus ubique viget:
Navibus hunc plenis Campania mittit in urbem
Carcioforus rudibus dicitur iste viris (257).
Castra fovet Veneris, tenditque Cupidinis arcus,
Excitat & pugnat hic Cytherea tuas.
Heu mortalis homo, Braxilla stultior omni,
Tu Thamyra cernis, Tiresiaque minus (258);
Tramite divinae quid recto legis aberras?
Quid tenuis superi jussa sacrata Dei?

Cynara il Carcioforo.

Non

quel tempo l'ordinaria sede del Preside generale della Provincia, il quale con autorità delegata, e precaria comanda egualmente alla Città, che alle altre Città, e Terre comprese nel dipartimento della Provincia della Marca.

(257) Il Carcioffo, che dal Bottanici si chiama *Cinara hortensis foleis non aculeatis* si è reso oggi tanto comune in tutti i luoghi della provincia, che da per tutto ve n'ha una grande abbondanza; laddove due secoli e mezzo addietro era come un frutto taro, ed era un distintivo di Macerata, come dice il nostro Poeta. Sotto questo nome latino di *Cinara* il Gobbo viene detto, *Cinara silvestris spinis longis flavescentibus armata*, ed anche il cardo simile ai carcioffi, che specialmente in Toscana si usa per rappigliare il latte. Anche in Roma, secondo l'asserriva del nostro Poeta era allora molto taro questo frutto, poichè vi si trasferiva dalla Campania, ma ora ne abbonda sì e per tal modo, che ne ha da mandar fuori, e da seccare per usarne l'inverno. Da questo s'impari, che l' industria, e la diligenza ottiene quel che si vuole.

(258) Uno del soliti episodj del nostro Poeta, i quali se avesse risparmiati a luogo a luogo, ed avesse sostituite più notizie dei luoghi della nostra Marca avrebbe fatto più pregevole il suo Poema.

Non hæc jam Cytiene , nec turpis Apitius unquam ;
Nec fecit mollis Sardanapalus ea .
Natus ad æthereum cœlesti semine Olympum .
Optima quid turpi gaudia quæris humo ?
Democritus risu mortem subisset amaram ,
Si tua spectasset lumine gesta suo
Quadrupedis formam fugiens ratione capessit ,
Hæc te silvicolis sepaeat una feris .
Si te corripiat Veneris lutulenta voluptas ,
Non homo , sed socius factus Ulyssis eris .
Si Sophos esse velis , & scandere culmen Olympi ,
Plurima substineas , abstineasque malis .
Condita sunt tumulo non despicienda Milonis , Mons Milonis.
Culmina Phœbeos despicientis equos
Millibus hæc supra Macerata mœnia quinque ,
Calce Potentina præterit amnis aqua .
Struxerat ista Milo Francorum mœnia ductor , Milo Dux Francorum .
Dum Rex Pontifici milite ferret opem (259) .
Hæc ubi jam lapsa Rambonæ cernimus a dem , Rambona .
Gallorum Ductor castra locarat humo .
Hinc sua vasa legens , alio sua signa movebat .
Hora si hæc utinam (dixerat ille) bona .
Hæc duo posteritas vocabula junxit in unum
(Horæ dimidium) sed bona tota manet .
Tradidit ista Comes cupidis rapienda catervis ,
Protinus ascendunt cupida tecta viri (260) .

(259) Monte Milone Terra della Provincia , e Diocesi di Macerata posta di quà da Potenza in un colle . Della origine di lei ripetuta da Franchi non so che debba crederfi , ond' io la lascio in quella fede che merita .

(260) Rambona celebre monistero detto volgarmente di Rambona posto nel territorio di M Milone dei più illustri , ed antichi della Marca fondato dalla Conteffa Ageltrude unito alli altri due monisteri di S. Lorenzo

Funditus evellunt pulsanti robore portas.
Curritur, & stipant agmina densa vias.
Omnia foemineis resonant tabulata querelis,
Percutiunt pavidae pectora moesta nurus.
Omne genus vestis, velamina quaeque, lebetes,
Omnia vasa, tripes, surripiuntur opes.
Ignis ad astra volat, clamoribus intonat aether,
Mortis ubique timor, diruta tecta cadunt.
Proh scelus infandum, tantorum gesta dierum
Rettulit in cinerem protinus hora brevem.
Alta Tolentini rapidis Clens turbidus undis
Fundamenta quatit dilacerata suis.
Si qua fides patrio fuerit tribuenda Philelpho,
Esse quod haec penitus dicta rotunda putat.
Est hinc Ascanius cognomine Parrisianus; (261)
Qui illustrem reddit, seque, suosque modo.
Nobilitat patriam Reverendus Episcopus ipse;
Charus Pontifici, primoribusque suis (262).

Tolentinum Tiers feu Cluerius flav. ii Chiente. F Philelphus. Ascanius Arimini, primo Epsic. tandem & Cardinalis a Paulo III. Pont. ob solam virtutem merito ciratus.

Clara

Lorenzo in Doliolo, e di S Eustacchio *de Domoris*, come si rileva da una carta dell' archivio priorale di Montecchio citata dal ch. Can. Turchi nella sua opera *de Eccl. et Episc Camerinens pag.* 12. la qual carta appa tiene all'anno 1472; col monistero sarà stato unito anche il castello, soggettò alle incursioni dello Sforza, dalle cui arme fu rovinato, e distrutto.

(261) Ascanio Parisani fu Cardinale della S R C elettovi da Clemente VII nel 1539 Di lui abbiamo già riferito altrove l'elogio, onde è superfluo dirne più cose.

(262) Di Tolentino si è bastantemente discorso nel V. Volume, e poi di bel nuovo nel X per rispondere allo storico moderno di essa città Sig Santini precettore di rettorica in Pesaro, e se ne sarebbe discorso nuovamente anche altrove se le cose da lui dette, e poste in bocca d' altrui, si fossero inorpellate con un po di ragione, e un po di critica; ma siccome cadono da loro stesse, così sarebbe stato perdere il tempo se si fossero confutate, e sarebbesi fatto troppo onore all' ostinato autore, il quale piuttosto che ricredersi de' suoi non ordinarj abbagli, e confessare la umana debolezza, che ci circonda, si è ostinato a sostenerli *per ignem & aquam* Col toccar di sprone conobbe un cavaliere che liberavasi dagl' insetti, che invano aveva cercato innanzi di conquidere col trattenercisi.

Clara Domus Comitum multos excelluit annos.
Horrida non minimos misit in arma Duces (262).
Nascitur insignis primus Maurusius ista,
Cominus ense, pedes fortis, & acer eques.
Nobilis, ingenio clarens, Nicolaus & arte; — Nicolaus Maurusius Florentinorum Dux
Sub Florentinis militat usque viris.
Noverat hic manibus tetum versare duabus,
Dux erat egregius, miles & iste bonus.
Consilio vulpes, per acuto lumine serpens,
Maximus immensis viribus iste leo.
Plurima parta fuit populis victoria caesis
Perdomuit multos viribus, arte, Duces.
Cumque diu imperium recte gessisset; equestrem
Ductori statuam gens posuere suo.
Robore, consilio, gemini valuere Joannes. — Duo Joannes Maurusii.
Quolibet invicti Marte fuere duces.
Rettulit hic Venetis laurum, celsosque triumphos.
Alter Sforziadum digna trophaea duci.
Quis nam Cristophori celeberrima facta potentis? — Christophorus Maurutius.
Quis referat laudes inclyte Balde tuas? — Baldus Maur.
Floruit insignis nostris Antonius annis — Antonius Maur.
Optimus iste domi, militiaeque valens. — Jo. Franciscus Maur.
Nec minor his equidem gestis fuit iste Joannes
Franciscus patriae gloria, lauique suae.

(263) Entra l' autore a parlare della nobile famiglia Mauruzj, e dei soggetti illustri, che ne sortirono: Sarebbe questo il luogo opportuno da convincere il Santini di tanti abbagli presi sulle cose, che ha di tale famiglia asseriti (la quale fiorisce tuttavia nella degna persona del Sig Conte Mauruzj Tolentini della Stacciola) fino ad aver negato, che la medesima avesse il dominio sopra Tolentino. Ma in poche note poco ancor si direbbe. Laonde, essendo già preparato da molto tempo gran materiale da dotta penna per veder di convincere con prove di fatto la non più udita ostinatezza di questo precettor di rettorica, mi riservo di farlo quando tratterò della storia del medio, e dell' infimo evo.

F. Philelphus Tholentinas.

Quae regio, aut tellus nescit monumenta Philelphi?
Non habet huic alium Marchia tota parem.
Conspicit auroram linquentem conjugis artus,
Bis centum stadiis hinc maris unda procul.

Divus Nicolaus Tolentinas.

Uber, amoenus ager; tum glebis aptus arandis;
Nomine nobilior sed Nicolae tuo (264).
Castra Tholentini vertit Nicolaus ad urbem
Undique terribilis moenia bomba cavat (265).
Janua fracta patet; labuntur culmine turres,
Pulverea muros vinea sternit humum.
Omne genus teli summa demittitur arce
Eminus hic jaculo, cominus iste ferit.
Hic coesim, hic punctim, cunctis hic unguibus urget;
Undique certantes omnia saxa movent.
Ecce autem Domini (populo comitante) Priores,
Suppliciter claves arma tulere Duci.
Palladiis ramis veniam pacemque petentes;
Perficiunt celeres singula jussa viri.

Mil-

(264) Di queſto glorioſiſſimo Eroe S Niccola detto di Tolentino non mai perchè Toleotino foſſe la di lui patria, ma perchè in Toleotino avvenne la preziosa sua morte, parlerò, a Dio piacendo, nell' illustrar che farò le memorie istoriche di S Agiolo, Caſtello di queſto Stato, e Dioceſi di Fermo, siccome queſta fu la feliciſſima Patria, in cui ebbe egli i natali, dove crebbe fanciullo, dove servì la Chiesa come Canonico, e dove finalmente vestì l'abito religioso eremitaoo di S Agoſtino. Ho io tropp' intereſſe per queſto glorioso Santo per doverne verificare le più intereſſanti circoſtanze non solo delle di lui eroiche azioni, e dei prodigj operati in vita, e dopo morte, ma molto più quella della sua nascita, e della famiglia, da cui discese.

1265 Niccolò Piccioino spedito nella Marca dal Papa per riacquiſtare le città, e le terre occupate da Francesco Sforza, avendo poſto l' occhio su di Toleotino, che il Conte Francesco suddetto aveva anche meglio fortificata colla coſtruzione di una fortiſſima rocca, tanto operò che nel 1442. cacciò lo Sforza, e riprese Toleotino per la Chiesa. Iodi a un anno come dice il Muratori ne' suoi annali, la riprese di nuovo lo Sforza; ma

final-

Millibus inde tribus Belfortis moenia diſtant,
Aſpiciunt ſummo vertice Clentis aquas (266).
Reddidit hinc Clero primis Nicolaus in annis,
Hoſtibus & primo Marte recepit humum.
Paruerat Comiti multis invita diebus,
Grandia non poterat ferre tributa magis.
Annua ſigna ſuis peragrarat Apollo quadrigis,
Retrograduſque novum jam peragebat iter.
Dardanius nitidos retinebat aquarius axes,
Spectabatque biceps Janus utraſque fores:
Ecce iterum infauſtam venando Galanthida ſumunt,
Sejani infelix hic fabulatur equus.
Nam mala nunc iſtis decies graviora tulerunt,
Dum facit hoc ſævis limite Gallus iter.
Tempore conſumpſit proviſa cibaria parvo:
Quis poterat tantis millibus eſſe ſatis?
Curritur huc illuc, etiam monumenta revellunt,
Surripiunt calices impia turba ſacros.
Quid tibi Galle petis? Quæ tanta infania menti?
Bella paras? melius pace quid eſſe poteſt?

Totus

finalmente ajutato il Piccinino dal R. Alfonso d'Aragona, ne cacciò nuovamente il preſidio Sforzesco, e ne riprese per la chiesa il dominio colla demolizione della Rocca fabbricatavi per ordine del Conte Francesco. Ma nè pur questa volta fu durevole la conquista, poichè nel 1444. ricadde di nuovo sotto lo Sforza. Vi fu un fatto d'arme fra ambedue le parti belligeranti, e colla prigionia del Piccinino venne a perdersi la Città. Finalmente ricuperata dopo pochi mesi tornò per sempre all'obbedienza del Romano Pontefice sotto di cui pacificamente conservasi.

1266] Sopra di un colle, che sovrasta al Chienti, ed alla strada Romana, tre miglia sopra a Tolentino sorge la Terra di Belforte, numerata fra le altre della Provincia. Stette anche questa Terra sotto il dominio di Francesco Sforza, che l'aveva usurpata alla Chiesa, ma fu ricuperata parimente da Francesco Piccinino. Ebbe poi a soffrire dei grandi mali, e dannosi saccheggi nel passar che fecero i soldati Franzesi per questa provincia, come vien detto dal nostro poeta.

Totus amicitiæ mortalis ducitur ortus:
Indicat hoc ratio; sermo, loquela docet.
Ipse sui causa non tantum venit in orbem,
Sed ferat ut sociis gratus amicus opem.
Est homo nonne Sophis animal sociabile dictus?
Cur tibi non parcis, foedera, jusque placent?
Discipulis pacem noster dedit ille Redemptor.
Nil aliud, quam pax ejus in ore sonat.
Hac viget ipsa Ceres, latisque virescit in arvis,
Florida pacifero tempore vernat humus.
Hortulus omnis ager, pomaria, rura nitescunt;
Exercet validos rustica turba boves.
Innumeros edunt armenta nitentia foetus,
Lanigerique greges, caprigenumque pecus.
Oppida læta manent, ittrum collapsa resurgunt.
Altius extollit villa refarta caput.
Optima jura, sacræ leges, Respublica floret.
Exiguae subito multiplicantur opes.
Hostibus hæc cunctis facit insuperabile regnum:
Armigeros salva pellit ab urbe viros.
Quæstus & artificum cunctorum crescit in Urbe
Alba fides, pietas, relligionis amor.
Virgo pudicitia, gaudetque puerpera prole,
Laeta parens genitis, nupta pudica viro.
Artibus incumbit doctis studiosa juventus,
Sumere Castalias expetit omnis aquas.
Ocia securæ peragit tranquilla senectus,
In thalamos dextra ducitur uxor ave.
Denique cuncta suum retinent, augentque vigorem:
Quod petimus summum conficit una bonum.
Hac duce longinquas penetrat mercator ad oras:
Securum peragit quisque viator iter.

Ista

Iſta nemus , valles , fluvios , montesque recludit ;
Hi ſtis ab occultis liberat una dolis.
Obſtruit infernos ingenti robore portes ;
Tartarei claudit guttura tetra canis ,
Hæc aperit ſummi ſtellata palatia coeli ,
Ambroſias ſuperum dat tibi ſola dapes.
Quidquid in orbe boni toto generatur & amplo ,
(Crede mihi) placida non ſine pace datur.
At ſimul horrendo ſonuerunt cornua bombo ,
Claſſica & horribiles ſæva dedere tubæ.
Bellicus ipſe furor , nodis reſolutus abenis ,
Protinus æratas pellit ab æde fores.
Maxima tempeſtas per campos ingruit omnes ,
Carcere dimiſſo dixeris eſſe notos.
Non ſecus ac boreas , adaperto miſſus ab antro ,
Cum patet Hippotadæ janua tota Dei.
Quam magnum pelagus , quam maxima Lerna malorum
Obruit , exundat , ſingula fundit humi.
Ac veluti Ægyptum cum Nilus præterit omnem ,
Imbribus immenſis lata per arva furens :
Sternitur ipſa ſeges , totum laborata per annum ;
Omnis ab armigeris ſpes tua fertur equis.
Lanigerique greges , armenta abiguntur & ipſa ;
Parcitur haud , juncto ſub juga panda bovi.
Agricolas etiam (facinus crudele) trucidant.
Ignibus immiſſis villa peruſta cadit.
Oppida magna ruunt , multos fabricata per annos ,
Una trahit moeſtos longa catena viros.
Fœmina , virgo , puer , fœdos patiuntur amores ;
Ante oculos profert nata coacta patris ;
Divitias hominum tanto ſudore paratas ,
In tenues nebulas diſſipat hora brevis.

Nupta

Nupta virum, genitos mater deplorat ademptos:
Nulla vacat luctu parva, vel ampla domus.
Artificumque manus frigent, hominumque labores;
Palladis officio nulla taberna viget.
Stamina nulla suis digitis percurrit Arachne,
Penelopeque suum nulla retexit opus.
Exultat ipse Fides; & pudor reverentia veri;
Spreta jacet pietas, Religioque Deum.
In scelus omne ruit, pravis corrupta juventus:
Doctus Apollo silet; nulla Camoena valet.
Sed vice musarum, Bacchum, Veneremque sequuntur.
Alea, scorta, merum, nocte dieque colunt.
Qui jacit in superum convitia plura Tonantem,
Omnibus hic aliis anteferendus erit.
Effugit Astrei crudeles filia terras,
Occupat Alecto sceptra soevea Deae.
Per fora, perque vias labuntur sanguinis undæ;
Quæque domus foedis cædibus ægra gemit.
Divitis innumeros celantia scrinia nummos,
In furum veniunt (hea mala fata) manus.
Quæ fuerant quondam mediis intacta plateis,
Nunc non marmoreo caecere tuta muro.
Victus ex prædis, furari fertur honestum.
In pretio fures sunt, homicida, latro.
Quale sit hoc bellum nomen tibi dixerit ejus.
Bellua dat bello nomen acerba suum.
Sive per antiphrasim sumpsit sibi nomina bellum,
Quod nihil ipse boni bellicus ardor habet.
Denique quid sceleris non efficietur ab ipso?
Hinc hominum clades, hinc ruit omne nephas.
Ipse Tarus cupiens spumanti sanguine testis,
Quam fuerit strages multis ampla tui.

Testis

Teſtis adeſt Lyris, numeroſa cadavera volvens,
Hic ubi pars populi nulla relicta fuit.
Teſtis erit ſpectans tantos Licinus acervos:
Captus es, ac Reges tunc cecidere duos
Teſtis Carthenope crudelia funera cernens.
Hic tibi non bello, peſte caterva perit.
Quid referam Brenni fatum miſerabile Regis?
Quæ tulerat Brennus ſigna Camillus habet.
Funera quis valeat cladis numerare Ravennæ?
Completas foſſas, æquora, rura, lacus?
Hic Cadmæa tibi victoria tradita, Galle,
Et victor victo non meliora tenes.
Disce tuam Spartem jam nunc decorare tributam
Sorte velis latus vivere; vive tua.
Nec cupias ultra nidum protendere pennas.
Contentum paucis quemlibet eſſe decet.
Allia quid comedis? quid fercula dura fabarum?
Non bonus eſt aliis qui nequit eſſe ſibi.
Attamen alterius, quoniam de tergore ludis,
Andabatarum prælia more geris;
Quid facis? ignoras miſerum dum perdis amicum.
Te jugulas alter dicitur ipſe philos.
Cladibus hic habitis ſtultus ſapientior eſſet,
At ſatis Anticyræ non tibi mille forent.
Quid tibi cabronum ſtimulas miſerande furorem?
Vincla velut ſurdus tu tibi ventre paras.
Si ſumus in Chriſto corpus, ſi dicimur unum
Chriſticolam perdens, te ſcelerate necas.
Principis officium, communia cuncta tueri.
Juſtitiam bellis deſtruis ipſe tuis.
Dum perdis populos, & funditus eruis Urbes,
Millia dum nummum non numeranda jacis.

O facinus dignum, nulloque curbito pisce,
His poteras regnum majus habere tuis.
Vir bonus est homini summi Deus alter olympi.
Illi tu genius pessimus alter eras.
Ignibus immensis nitidum cur addis olivum?
Non oleo, gelida vincitur ignis aqua.
Desine jam populos bellis stimulare latinos.
Mittitur in dubias aureus hamus aquas.
Interdum Ducibus vinci, quam vincere praestat.
Pellicula satius te retinere tua.
Millibus inde novem per culmina celsa peractis,
Aspicio turres Dive Maria tuas.
Hic mihi munda pares fesso stabularia mensas,
Et requiem capiat pulverulentus equus.

LIBER

LIBER TERTIUS.

Quo cupis & toto spirans tua flamina Mundo
Dirige cornipedes Spiritus alme meos.
Rupibus excisis urbem posuere Camertes (267). Camerinum.
Pars boream cernit, pars mediumque diem.

